

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Ad Marcum Brutum orator

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1133

M. TULLII CICERONIS
AD M. BRVTVM ORATOR.

M. TULLII CICERONIS
AD
MARCUM BRUTUM
ORATOR.

Roganti Bruto prescribit que sit optima species & quasi figura dicendi: seu quod eloquentia genus summum & perfectissimum Hac adumbratione excellens neminem tereri oportet. Honestam enim esse, prima sequentem in secundis & tertius consistere. In praestantibus rebus, magna esse, que sunt optimis proxime. Perfecta eloquentia speciem animo videri, auribus audiendi, re ipsa non videri. b Eloquentem perfidum & absolutum sine philosophia effici non posse. c Trias dicendi esse genera, grandiloquum, tenui (quod est cautum) intermedium & quasi temperatum. d In his omnibus Demosthenem excelluisse, hunc Atticè dicere volentibus imitandum, quo nec Athena magis Attice, e q Eos qui se ad Atticorum aureis teretes & religiosas accommodant, Atticè dicere, quibus adicimus dicendi genus placeat, sed quid emulante, nibil insolens aut ineptum ornate, graviter, copiose (hi tenues, summissi, acuti) non qui Lysiam aut Ibucydidem, aut Xenophontem: sed qui ab Iosephate (qui primus instituit dilatare verbi & mollioribus numeris explice sententias, & in Epidictico excelluit) oratione petat invenabula. f Trias videntur esse huic oratori, quid, quo loco, & quomodo dicat. g Priora illa due, hoc est, inventare & judicare proprium esse magis prudentia quam eloquentia. h Et tamen oratorum nosse debere argumentum & ratissimum locos: sed & questionum signis: E qui quis controversiam qua queritur quid sit, necne sit, definitionibus: quale sit recte pravigae partibus tractabili. In infinita questione, que theses, tractationes se exercet, Locutus ut apud communibus, delectis, mollier dura, occultabit que dilui non poterunt: affert probabilitorem, inventa collocabit, adiutor causas facies honestas & illustres, occupati animi, insinuabit contraria. Firmissima primis & postremis: leviora medius collabebit. i Ab his videtur quomodo dicat: se genus orationis optimum (alii enim graves, tenui, temperati) k Id autem consistit in agendo nimis irum & eloquendo. Actionem esse quasi corpori quandam eloquentiam, qua voce, motu, gestu, vultu conflet. Voci mutations inesse, quod animalium: Acutam, inflexam & gravem in dicendo quendam cantum obscuriorum esse vocis bonitatem optandam flatum, vultum, oculos artis legibus moderari oportet. l Speciem perfecti oratoru & summa eloquentia in elocutione positam esse: ab eloquentio enim, non est inveniendo, compontendo, aut agendo eloquentem dici. m Hanc eloquentiam separandam esse a philosophorum, sophistarum, historiorum, patrum eloquentia. n Est eloquentis officium in foro civilibusque causis ita dicere, ut proberit (id necessitatis) delectet (id suavitatis,) & placet (id victoria) Priori parte subtilis: secunda mediis, tertia vehementi esse debet. o Decors (quod est meatus) in sententiis & verbis servabile, idque quod & loco, tempori, auditoribus personis, causa dentique ipse erit consentaneum. p Conscientiam dicendi imitabis, ab aliis differit se posse: quam opinione differit: ut qui cum audiant, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidant se posse dicere. Ejus oratio non plurimi sanguinis erit, sed tamen siccum habebit. q Integra eae velutina. Vincula numerorum ita erit exemplum, sic tamen ut non vagetur, aut licenter erret. Verba verbi quasi coagulatione negliget, removet fucum, dicet pars, Latinè, dilucidè, decro obseruato, acutis crebreque sententiis interpositis. Propriæ verbi utetur: in faciendo, non audax, in transferendo verecundus & parsu: in præfici (ut & reliquis verberum & sententiavum ornamento) domitus: & in translatio crebris. Verba concinna (citro elaboratione & accipiunt tamē) sollebat: sales rite admiscerit. Qua qui faciet, summissi, enucleatus, humilius, tenuis, acutus & subtilis erit orator: sed tamen magnus & germanus Atticus, si non maximus. q Medius vero seu intermedium & temperatus inter summissum, de quo diximus, & grandiloquum, quoque in genere praestans Demetrius Phaleretus, trahit, rotat, seu hypallage, & metonymia, κατεργασία, ηγεμονεία, omnibus denique luminibus verborum, multis sententiis, eruditis disputationibus, locis communibus, sine contentione tamen utetur: e philosophorum & sophistarum scholu talis evadet: non tamen comparandus superioris, de quo dictum, hoc est, summissum. r q Alique in quem querimus est orator: quem animo non manu prehendimus, quem nunquam vidi Antonius, qui humilia subtiliter, se parva summissa: magna graviter, modestia seu modica, temperate potest dicere. s qui facultati suè lateg, dicendi, vicinam & finitam diæteticorum scientiam, hoc est, dispensandi seu loquendi adiunxerit. t qui omni philosophia notus & tractatos locos habeat, qui ne physiorum & divinorum quidem sit ignorantia. u sed nec humaniorum & civilium, sed nec historia etiam externa. x Causarum & controversiarum seu questionum genera habebit cognita; an ex ro (de vero recto nomine) an ex verbo ambiguo aut contrario oratio quistio, an ex pugna sententiis dicendi & verborum. y Praecepta argumentorum cognita quoque habebit: quorum magnus usus est oratori. Videbit quid debeat, ut sit temporum, causarum, & personarum moderator. z Versabitur quoque in augendis & abiciendis rebus. aa Morebit animos auditoris & judicis moderate, vel incitat. bb Formam & characterem orationis illuminabit verbi simplicibus vel collocazione. cc sed & sententiis. dd q Verba suavissima aperte collocabit, ut inter se quam apertissime coherent extrema cum primis. ee Qua in parte veteres peccabant in vocalium ereta concusione, & consonantium elistone extrema vocis: in hominibus nominibus contradicunt (nam si id omnium causa fieri possit) in verbis dubius plurimique simili unguendit. Dicetam exim, pro exinde, cum nobis, cum me, cum te: diu, exitium, consilium, augurium, exitium, prodigiū, horribulum, portentum, armum, fabrum, procium, duum & trium, virium, sefertivis numeris: nosse, judicasse, scripsisse, iustum pro esfem. Quibus in rebus à conjecturis impetratum est peccare suavitatis causa: unde pomeri dianum libertius quam postmeridianum: mehercule quam mehercules: nescire, quam non scire: meridiem, quam medidi em dicimus, raro præpositione Ab uitunt. Non dicimus abfugit, absens, innat, innari. Non dicimus ea Republica est, ut ex usu est: sed ne insipientem, inquietum, tricapiem, concessum, peritum. lam vero Inclivum & inluminatum promisciamus brevi prima: insanum & infelix longa: veteres dicebant Purpurum pro Pyrrhum, Fruges, Phryges, glidebant quoque in dilectionibus quarum extrema syllaba bus est. ff q Prater superiora oratori cura fuerit, ut oratio orbem suum conficiat, id est, ut ratione finias, idque vel sponte sua, vel quadam concinnitate verborum, ut si casus similes habeat eadem oratio, si paribus paria, contraria, contrariae opponuntur. gg q Sed & illud cura oratori fuerit ut eae oratio numerum habeat à verbis differentem. hh Cujus observationis prima Origo est Iosephate, & Gorgias: Causa, voluptas certissima. ii kk Natura verò talis est ut si oratione quidam numerus. ll Vi petit fini a poesiis numeri ipsi pedibus constanter. mm Deinde hoc considerandum, qui numeri cadunt in orationem: sicut qui Jambicum putent: Epichorus drama aut clastylum admittit: Spoudaum & trochaum rejicit. Aristoteles heroum numerum & Jambum non admittit:

admitit; peana probat, ut & Theophrastus, & Theodectes. Cicerò vero vult omnes in oratione esse quasi permixtis & confusis pedes, frequentem tamen peana. non est & in hac parte tenendum numerus pro genere orationis variandi esse. In humili & demissi sermone, lantum: in ampliori, peana: frequentiorum in utroque dallyum permiscendis esse. eo pp. Sed & in primis us in extremis partibus orationis numeros usi opari, diverso esse à poetis: neque semper numeros fieri, sed aus concinnitate & constructione verborum. qq. Usus numerorum is servandus est, ut Historus & qui in Epidictico genere versatur, emitentur numeros Ioscratus aut Theopompi: oratores vero ne paucim, sed cum epus est, numeris utantur. Ita Opus est autem in lantundinibus, in amplificanda re, nec tantum in peroratione, sed & in oratione reliquo partibus. II Deinde numeri ac pedes mutandi, nisi orationem incitato aut tardam esse volumus, ita ut Numerosam orationem non numeri fieri, sed compositione & genere: si quis misa & membra dicuntur, usi opari. xx. Sine numeris infans est & fonsam esse orationem. yy. Et hoc Ciceronis de oratore iudicium est.

VTRVM difficultius, aut majus esset negare tibi sepius idem roganti, an efficere id, quod rogaras, diu, multumque, Brute, dubitavi. Nam de negare ei, quem unicè diligenter, cuique me carissimum esse sentire, praeferim & justa petens, & praelata cupi' nati, durum admodum mihi videbatur: & suscipere tantam rem, quantam non modò facultate consequi difficile esset, sed etiā cogitatione complecti, vix arbitrabitur esse ejus, qui vereetur reprehensionem doctorum, atque prudentium. Quid enim est majus, quam cùm tanta sit inter oratores bonus dissimilatio, judicare, qua sit optima species, & quasi figura dicendi? Quod quoniam me sepius rogas, aggrediar, non tam perficiendi spe, quam expertundi voluntate. Malo enim, cum studio tuo sum obsecutus, desiderari à te prudentiam meam, quam, si id non fecerim, benivolentiam. Quaris igitur, idque jam sepius, quod eloquentia genus probem maximè & quale mihi videatur illud, cui nihil addi possit, quod ego sumnum & perfectissimum judicem. In quo vereor, ne si id, quod vis, efficerem, eumque oratorem, quem quaris, expessero: tandem studia multorum, qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod si affequi posse diffidant. Sed PAR EST omnis omnia experiri, qui res magnas, & magno opere expetendas concupivere. Quod si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenii vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnorum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum, quem poterit. PRIMA enim sequentem, honestum est in secundis, tertisque confidere. I. Nam in Poëtis, non Homero soli locu est (ut de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secundum, veletiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platoni: nec ipse Aristotelles admirabilis quædam scientia, & copia, ceterorum studia restinxerit. Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt, qui aut Jalyssi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Cox Veneris pulchritudinem imitari. Nec simulacro Jovis Olympii, aut Doryphori statua deterriti, reliqui minus experti sunt, quid efficerem, aut quod progredi possent: quorum tanta multitudine fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut, cùm summa mirarem, inferiora tamen probarem. In oratoribus vero, Græcis quidem, admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Attamen, cùm esset Demosthenes, multi oratores, magni, & clari fuerunt, & ante fuerant, nec postea decederunt. Quare non est cur eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. Nam NEQR ILVD ipsum, quod est optimum, desperandum est: & IN PRAESTANTIBVS rebus, magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. Atque ego in summo oratore fundendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Non enim quaro, quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit

esse præstantius: quod in perpetuitate dicendi non saep, arque haud scio an umquam, in aliqua autem parte elucet aliquando, idem apud alios densius, apud alios fortasse rarius. Sed ego sic statuo, nihil esse in illo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud, ut ex ore aliquo, quasi imago, exprimiratur, quod neque oculis, neque auribus, neque illo sensu percipi potest: cogitatione tantum, & mente complectimur. Itaque & Phidix simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, & his pleroris, quas nominavi, cogitare tamen possumus pulchriora. Nec verò illa artifex, cum faceret Jovis formam, aut Minervam, contemplabatur aliquem, è quo similitudinem duceret; sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem, artem, & manum dirigebat. Ut igitur in formis, & figuris est aliiquid perfectum, & excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea, & quæ sub oculis ipsa cadunt: sic perfecta eloquentia speciem animo videmus, effigiem auribus quærimus. Has rerum formas appellat *ideas* ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor, & magister, Plato: easque igni negat, & ait semper esse, ac ratione, & intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno, & eodem statu. Quidquid est igitur, de quo ratione, & via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam, speciemque redigendum. (b) Ac video, hanc primam ingestionem meam non ex oratoris disputationibus duclam, sed è media philosophia repetitam, & eam quidem cùm antiquam, tum subobscuram, aut reprehensionis aliiquid aut certe admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid hæc pertineant ad ea, quæ quærimus: quibus satisfacti res ipsa cognita, ut non sine causa altè repetita videatur: aut reprehendent, quod iniustitas vias indagemus, tritis relinquamus. Ego autem & me saepa nova videri dicere intelligo, cùm per vetera dicam. sed inaudita plerique: & fateor, me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officini, sed ex Academiæ spatii existisse. Illa enim sunt curricula multiplicium, variorumque sermonum, in quibus Platoni primum impressa sunt vestigia: sed & hujus, & aliorum philosophorum disputationibus & exagitatus maxime orator est, & adjutus. Omnis enim ubertas, & quasi silva dicendi, ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forensis causas: quas, ut illi ipsi dicere solebant, agerib; rebus Musi reliquerunt. Sic eloquentia hac forensis, iusta à philosophis, & repudiata, multis quidem illa adjumentis, magnisque caruit: sed tamen ornata verbis, atque sententiis, iactationem habuit in populo, nec paucorum judicium, reprehensionemque pertinuit. Ita & doctis eloquentiæ populares, & disertis elegans doctrina defuit. Potius sit igitur in primis, (quod post magis intelligetur) SINE PHILOSOPHIA non posse effici, quem quærimus eloquentem: non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adjuvet, ut palestra histrionem: parva enim magnis saep re-

I. Am in poëta, &c. J. Pall. tres item Cujacii liber & Memmianus. Am in poëta. & ita expeditus Aldus Manutius Neps, sive is fuit Victor Pisanius; qui hunc locum adornavit commentario.

2. Quæ sub eulys ipsa cadunt. Sic legendum ostendit Petrus Victorius lib. XI. Varias. leg. cap. 14. prius cusi, non cqdunt. Supra quoque

obi habemus; & in præstantibus rebus, & Victorii membranæ & Gallicanæ, nec non Palatiniæ præferunt, & in præstabilibus rebus, quod habet quo se defendat, sed & nostri codices Electorales item Memmianus, pro illo spes infringitur, habent infringari, quod dictum putat Gulielmus, ut spes decipiat.

conferuntur. nam nec latius, nec copiosius de magnis, variisque rebus sine philosophia potest quisquam dicere. Si quidem etiam in phædro Platoniis hoc Periclem præstitisse ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anasagora physici fuerit auditor: à quo censem, eum, cùm alia præclaræ quædam, & magnifica didicisset, ubereum, & secundum fuisse, gnarumque (quod est eloquentia maximum) quibus orationis modis, quæ animorum partes pellerentur. quod idem de Demosthene existimari potest: cuius ex epistolis intelligi licet, quæm frequens fuerit Platoniis auditor. Nec vero sine philosophorū disciplina, genus, & speciem cuiusque rei cernere, neque eam desinendo explicare, nec tribuere in parteis possumus: nec dicare, quæ vera, quæ falsa sint, neque cernere consequentia, repugnantia, videre, ambigua distinguere. Quid dicam de natura rerum, cujus cognitio magnam orationis suppeditat copiam, de vita, de officiis, de virtute, de morib, fine multa earum ipsarum rerum disciplina, aut dici, aut intelligi potest? Ad hæc, tantisque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia, quæ sola tum quidem tradebantur ab iis, qui dicendi numerabantur magistri. Quo fit, ut veram illam, & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina est. & ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina queritur. Itaque M. Antonius, cui vel primas eloquentias patrum nostrorum tribuebat atas, vir natura peracutus, & prudens, in eo libro, quem unum reliquit, D. SERTOS ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Insidet, videlicet in ejus mente species eloquentiarum, quam cernerat animo, re ipsa non videbat. Vir autem acerimo ingenio (sic enim fuit) multa & in se, & in aliis desiderans, omnino plane, qui recte appellari eloquens posset, videbat. Quod si ille nec se, nec L. Crassum eloquentem putavit; habuit profecto comprehendens animo quandam formam eloquentiarum, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid, aut plura debeat, in eam formam non poterat includere. Investigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem, numquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus umquam fuit, quem si imitari, atque exprimere non possumus, quod idem ille vix Deo concessum esse dicebat: at qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere. (e) Trias sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam flourerunt: per quæ autem (id quod voluntus) perpauci in omnibus. Nam & grandilogui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum gravitate, & majestate verborum, vehementes, varii, copiosi, graves: ad pernivendos, & convenientes animos instructi, & parati. quod ipsum ali aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa: ali levata, & instructa, & terminata: Et contra tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non amplora, facientes, subtili quadam, & pressa oratione limati. In comedente genere ali callidi, sed impoliti, & consulto ruditum similes & imperitorum: ali in eadem jejunitate concinniores, id est, faceti, florentes etiam, & leviter ornati. Est autem quidam interjectus, inter hos medius: & quasi temperatus, nec acuminis posteriorum, nec fulmine utens superiorum, & ut cinnus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps; vel utriusque (si verum quærimus) potius expers. Iisque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem, & aquabilitatem: aut adit aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentum modicis verborum, sententiarumque distinguat. (d) Horum singulorum generum quicunque vim singulis consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt. Sed quarendum est, satisne id, quod volvamus, efficerint. Videamus enim fuisse quosdam, qui iidem ornata, ac gravi-

ter, iidem versutæ & subtiliter dicerent. Atque utinam, Latinis talis oratoris simulacrum reperiire possemus, esse egregium non quarere extera, domesticis esse contentos, sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel ut hortater alios, vel quod amarem meos, & recordor longè omnibus unum antefere Demosthenem, qui vim accommodarit ad eam, quam sentiam, eloquentiam, non ad eam, quam in aliquo ipse cognoverim. Hoc nec gravior exstitit quisquam, nec callidi, nec temperatio. Itaque nobis monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbruit, qui aut dici se defident Atticos, aut ipsi Atticæ volunt dicere, ut mirentur hunc maximè, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. quid enim sit Atticum, dican, eloquentiamque ipsius viribus, non imbecillitate sua, metiantur. (e) Nvno enim tantum quicque laudat, quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimo, judicio minus firmo præditos, docere, quæ sit propria laus Atticorum, non alienum puto. Semper oratorum eloquentia moderatrix fuit auditorum prudentia. Omnes enim, qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, & ad eorum arbitrium, & numus tetos se fingunt, & accommodant. Itaque Catia, & Phrygia, & Myria, quod minimè polita, minimè elegantes sunt, ad seiverunt, aptum suis auribus opimum quoddam, & tanquam adipate distinctionis genus, quod eorum vicini (non ita laq. interjecto mari). Rhodii numquam probaverunt, Græci multo minùs, Athenienses vero funditus repudierunt: quorum semper fuit prudens, ficerumque judicium, nihil ut possint, nisi incorruptum, audire, & elegans, eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic, quem præstitisse diximus cateris, in illa pro Ctesiphonte oratione longè optima, summissius à primo: deinde, dum de legibus disputat, pressius: post sensim ineedens, judices ut vidit ardenteis, in reliquis exultavit audacius. Ac tamen in hoc ipso, diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Aeschines quædam, & exagitat: illudensq; dura, odiosa, intolerabiliæ esse dicit. Quinetiam querit ab ipso, cum quidem eum bellum appellat, utrum illa verba, an portenta sint: ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Atticæ dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare, idque restinctissimam animorum incendiū irridere. Itaque se purgans jocatur Demosthenes, negat in eo positas esse fortunas Graecie, in hoc eum, hic, an illuc manum portexerit. Quoniam igitur modo audiaret Mylus, aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exigitetur, ut putidis? Cum vero inclinata, ululantique voce, more Asiatico, canere capisset, quis eum ferret? aut quis potius non huberet auferri? Ad Atticorum igitur aureis tereteis, & religiosas, qui se accommodant, ii sunt existimandi Atticæ dicere. Quorum genera plura sunt, hi unum modò quale sit, suspicuntur. Putant enim, qui horridè, inuiteque dicat, modò id eleganter, enucleatque faciat, eum solum Atticæ dicere. Errant, quod solum: quod Atticæ, non falluntur. Istorum enim judicio si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Atticæ, cui prima sine controversia deferebantur. qui si tenui generi uteretur, numquam ab Aristophane poëta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset. Dicat igitur Atticæ venustissimus ille scriptor, ac politissimus Lysias, quis enim id possit negare? dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lygia, non quod tenuis sit, atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens, aut ineptum. Ornatae vero, & graviter, & copiose dicere, aut Atticorum sit, aut ne sit Aeschines, neve Demosthenes Atticus. Ecce autem aliqui se Thucydidos, esse

1. Et quæc cimatu[m] ambores. 2. Nonio peccata est loci hujus restitu[re] quo in libris editis scripsisse macalobus erat.

2. Recordur longè omnibus, &c. 3. Vulgata, non longe, sed pronomen illud non est in Pall. aut Gallicanis.

esse profiterentur, novum quoddam imperitatum, & inauditum genus. Nam qui LySIam sequuntur, causidicam quandam sequuntur: non illum quidem amplius, atque grandem: subtilem & elegantem tamen, & qui in forensibus causis possit p. exclare confidere. Thucydides autem res gestas, & bella narrat, & proelia, graviter tonat, & probet: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum, & publicum. Ipse illae conciones ita aucttas habent obscuras, abditasque sententias, vix ut intelligentur: quod est in oratione civili vitium vel maximum. Quae est autem in hominibus tanta perversitas, ut, inventis frugibus, glande velcantur? An virtus hominum, Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Quis porro umquam Graciorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? Laudatus est ab omnibus. fateor: sed ita, ut rerum explicator prudens, severus, gravis: non ut in judiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. Itaque numquam est numeratus orator, nec verò, si historiam non scripsisset, et nomen ejus extaret, cum presentia fuisse honoratus, & nobilis. Hujus tamen nemo neque verborum, neque sententiarum gravitatem imitatur: sed, cum mutia quædam, & hiæntia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere poterunt, germanos se putant esse Thucydidas. Nactus sum etiam qui Xenophonis similem esse se cuperet; cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. Referamus nos igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognovit Antonius. Magnum opus omnino & arduum, Brute, conatur: sed nihil difficultate amant puto. Amo autem, & semper amavi ingenium, studia, mores tuos. Incendor porro quotidie magis, non desiderio solum (quo quidem confidior) congressus nostros, consuetudinem victas, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium, quæ specie dispare, prudenter conjunguntur. Quid enim tam cœstans, quām à severitate comitus? Quis tamen umquam te aut sanctior est habitus, aut dulcior? Quid tam difficile, quām in plurimorum controversiis dijudicandis ab omnibus diligi? conqueraris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuas, & quos, placatosque dimittas. Itaque efficis, ut, cum gratia cauſa nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis. Ergo omnibus terris, una Gallia & communis non ardet incendio: in qua frueris ipse te, cum in Italiz luce cognosceris, verfarisque in optimorum civium vel flore, vel robore. Jam quantum illud est, quod in maximis occupationibus numquam intermittit studia doctrina? semper aut ipse scribis aliquid, aut me vocas ad scribendum? Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto, quem ipsum numquam attigissimum tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti, & illius memoriam mihi caram excitanti, non patere nefas esse duxi: sed testificor, me a te rogatum, & recusantem, hæc scribere esse autem. Vole enim mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam questionem non potero, iniusti oneri impositi tua culpa sit, mea recepti. In quo tamen judicii nostri errorem, laus tibi dati munerus compensabit. Sed in omni re difficillimum est, formam (quod ξεγοντις, Græcè dicitur) expōnere optimi: quod aliud aliis videtur optimum. Enī delector, ait quispianus, quod non discedit à communī more verborum: Pacuvio, inquit alius: omnes apud hunc

ornati, elaboratique sunt versus: multa apud alterum negligenter. Fac aliam Attio. varia enim sunt justitia, ut in Gracis: nec facilis explicatio, quæ forma maxime excellat. In picturis altos horrida, inulta, abdita, & opaca: contra alios nitida, lata, & collustrata delectat. Quid est, quod prescriptum aliquod, aut formulam exprimas, cum in suo quodque genere præster, & genera plura sint? Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus: existimavique, IN OMNIBVS rebus esse aliiquid optimum, etiam si lateret: idque ab eo posse, qui ejus rei guarus esset, judicari. Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diversa, neque in unam formam cadunt omnia, laudatorium, scriptorium, & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum, multique alii, qui sunt nominati sophistæ, reliquarumque rerum formam, quæ absunt ab forenzi contentione, ejusque totius generis, quod Græcè ἐπιδεκτός nominatur, quod quasi ad inspicientem, delectationis causa comparatum est, non complectat hoc tempore non quo negligenda sit: est enim illa quasi mutua ejus oratoris, quem informare volumus, & de quo molimur aliiquid exquisitus dicere. Ab hac & verborum copia alitur, & eorum constructio, & numerus liberiore quadam fruuntur licentia. Datur etiam venia cinnitati sententiarum: & arguti, certi, & circumscripsi verborum ambitus conceduntur: de industriaque, non ex insidiis, sed aperte, ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi deinen, & paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia, comparenturque contraria: & ut paries extrema terminentur, eundemque referant in cadendo sonum: quæ in veritate caufarum & rariis multo facimus, & certè occultius. In Panathenaico autem Isocrates ea studiosè consecutum fatetur, non enim ad judiciorum certamen, sed ad voluptatem aurum scripsit. Hac tractasse Thrasymachum Chalcedonium, primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multisque alios, quos λαρυγγίστας appellat in Phædro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modò, primumque sententia, minuta, & verisimiliter similia quedam, nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus, Thucydidesque mirabiles: quorum atas cum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset, longissime tamen ipsi à talibus deliciis, vel potius ineptiis absuerunt. Alter enim sine ullis salebris, quasi sedatus annis fluit: alter incitior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut anderer uberioris, quām superiores, & ornatus dicere. Horum atati successit Isocrates, qui præter ceteros ejusdem generis laudatur semper à nobis, nonnunquam, Brute, leviter, & eruditè repugnante te. sed credas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoveris. Nam cum conclusis ei Thrasymachus minutis numeris videatur, & Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse: & Thucydides autem præfractor, nec satis (ut ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis, & molitoribus numeris explorare sententias. In quo cùm doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, dorus ejus officia habita eloquentia est. Itaque ut ego, cùm à nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à ceteris facile patiebar: sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum judicia debere contemnere. Est enim

1. Nomen ejus exstant. Editiones Lambini, non exstant, sed abest illa negativa Palatinis & Memmiano, neque agnoscunt editiones antiquæ aut modernæ.

2. Communis non ardet incendio. Gulielmus putat aliquid hec decessit & rescribendum, nunc ardet inc.

3. Collustrata decessit. Sic Pall. ac Gallicanus. P. Manutius tamen & Lambinus publicarunt decessit.

4. Et verisimiliter similia, &c. Haud dubiam censet conjectura Lambinus, verisimiliter, reclamantibus libris omnibus. At cur idem etiam non mutat illa inferioris cap. 20. apud quos, nisi quid verisimiliter est aliud queridam dissimili sermonis.

5. Thucydides autem præfractor. Noni us in Rotundum oicit Thucydides improbatque Lambinus.

enim (ut scis) quasi in extrema pagina phætri his ipsis verbis loquens Socrates, ADOLESCENS etiam nunc, & Phædre, Ilobrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille. Majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lygia comparetur: præterea ad virtutem major indoles: ut minimè mirum futurum sit, si, cum xate procelerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studeat, tantum, quantum pueris, reliquis præstet omnibus qui unquam orationes attigerunt, aut, si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu maja concupiscat. Inest enim natura philosophia in hujus virtute quædam. Hæc de adolescenti Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato, & scribit æquals, & quidem exagitator omnium rhetorum. hunc miratur unum: me autem, qui Isocratem non diligunt, una cum Socrate, & cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico genere: quod diximus proprium sophistarum: pompa, quam pugna aptius: gymnasii, & palestre dicatum: spretum, & pulsuum foro. Sed quod educata hujus nutrimenti eloquentia, ipsa se postea colorat & roboret, non alienum fuit de oratori quasi incunabulis dicere. Verum hæc, ludorum, atque pompx: nos autem jam in aciem, dimicacionemque veniamus. (f) Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat, & quo quidque loco, & quomodo: dicendum omnino est, quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus, atque in tradenda arte dici solet: nulla precepta ponemus (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentia speciem & formam adumbrabimus: nec, quibus rebus ea patetur, exponemus; sed qualis nobis esse videatur. (g) Ac duo breviter prima: sunt enim non tam insignia ad maximam laudem, quam necessaria, & tamen cum multis panè communia. nam & invenire, & judicare, quid dicas, magna illa quidem sunt, & tanquam animi instar in corpore: sed propria magis prudentia, quam eloquentia: i: quae tamen in causa est vacua prudentia? (h) Noverit igitur quidem orator, quem sumnum esse volumus, argumentorum, & rationum locos. Nam quoniam, quidquid est, quod in controversia, aut in contentione versetur, in eo aut, sine: aut, quid sit: aut, quale sit, quæritur: sitne, signis: quid sit, definitionibus: quale sit, recti, pravique partibus: quibus uti possit orator, non ille vulgaris, sed hic excellens, à propriis personis, & temporibus semper, si potest, avocat controversiam, (latius enim de genere, quam de parte disceptare licet:) ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse. Hæc igitur quaftio à propriis personis & temporibus, ad universi generis orationem traducta, appellatur thesis. In hac Aristoteles adolescentis, non ad philosophorum morem tenuiter distlerendi, sed ad copiam rhetorum, in utramque partem, ut ornatus, & uberioris dici possit, exercuit. Idemque loco, sic enim appellat, quasi argumentorum notas, tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. 2. Facile igitur hic noster (non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum, & perfectissimum quærimus) quoniam loci certi tradidit, percurrit omnes, uter apud generatim, discessit ex quo emanant etiam qui communes appellantur loci, nec vero utetur imprudentes hac copia, sed omnia expendet, & se-

liget. non enim semper, nec in omnibus causis, ex iisdem eadem argumentorum momenta sunt. Judicium igitur adhibebit: nec inveniet solum quid dicat, sed etiam expendet. NIHIL enim est feracius iugensis, iis praesertim, quæ disciplinis exculta sunt. Sed ut segetes focundæ, & uberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus: sic interdum ex illis locis, aut via quædam, aut causa aliena, aut non utilia gignuntur: quorum ab oratori judicio delectus magnus adhibebitur: & alioqui, quoniam modo ille in bonis habebit, & habitat suis: aut molliet dura, aut occultabit quæ dilui non poterunt, atque omnipino opprimet, si licebit, aut abducet animos? aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud, quod obstat? Jam vero ea, quæ invenit, quæ diligentis collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. 4. Vestibula nimis honesta, aditusque ad causam faciet illustres: cumque animos prima aggredione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria: de similibus alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora. Atque in primis duabus dicendi partibus qualis est, summatus, breviterque descripsimus. Sed, ut ante dictum est, in his partibus (estrigaves, atque magna sunt) minus & artis est, & laboris. (i) Cum autem, quid, & quo loco, dicat, invenierit, illud est longe maximum, videre, quoniam modo. Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat, Clatomachus eadem dicere, 5 Charmidam autem eodem etiam modo dicere. Quod si in philosophia tantum interest, quemadmodum duas, ubi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego, Brute, ex tuis litteris sentiebam, non te id scitari, qualem ego in inventando, & in colloquando summum esse oratorem vellem, sed id mihi quæriter videbare, quod genus ipsius orationis optimum judicarem. Rem difficilem, (dii immortales!) atque omnium difficillimam. Nam cum est oratio mollis, & tenera, & ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas: tum & natura varia, & voluntates, multum inter se distantia efficerunt genera dicendi. Flumen alii verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Distincta alios, & inter puncta intervalla, morte, & respirationsque delectant. Quid potest esse tam diversum? tamen est in utroque aliiquid excellens. Elaborant alii in lenitate & aequalitate, & puro quasi quodam, & candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem, & severitatem quandam verbis, & orationis quasi moestitudinem sequuntur: quodque paulo ante divinum, ut alii graves, alii tenues, alii temperati vellent vidiri: quorū orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur. Et, quoniam coepi jam cumularius hoc munus augere, quam à te postulatum est (tibi enim tantum de orationis genere querent, respondi eriam breviter de inventando, & colloquando) ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis: ita prætermissa pars nulla erit, quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quæ communis est multarum artium. (k) Quo modo autem dicitur, id est in duobus, in agendo, & in eloquendo. Est enim alto quasi corporis quædam eloquentia, cum constet è voce, atque motu. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commoventur. Itaque ille perfectus, quem jam dum

3. Quæ canem in causa rite vacua prudenter?] Nihil abeunt ab hac scriptura Palli, neque Memmianos; nisi quod is & vacua. Pisanius habet, qua cum causa, &c. Lambinus, qua raman, &c.

2. Facile igitur, &c. quoniam loci certi tradantur, primores omnes, acutus apud generatim discessit ex querentem, &c.] Sic distinguunt libri veteres etiam scribentes præterquam quod iidem præferant, ut quoniam, &c. primores omnes, uterque &c. unde Galilieus faciebat: Facile igitur, &c. ut quoniam, &c. percurrit omnes, usus apud generatim, discessit, &c. tentavit & hanc locum Lipsius noster Lib. II. Varior. cap. 7. qui confularunt.

3. Alioquin, quoniam modo,] P. Victorii editio, non habet illud aliogin; neque visitur in Palli.

4. Vestibula nimis humana, &c.] Illustrat Victorius lib. XXIII. cap. 15. Variarum et ceterorum.

5. Charmidatæ autem eodem modo,] Est à conjectaneo Victorii, cum offendisset in suo veteri charmidam, quæ scriptræ item in Palli quinque quarti, charmidam, testi. charmidam, vulga charmidam, male ut doceberis à doctissimo illo Italorum lib. XXXII. Var. lext. cap. 24. porro Pall. & Memm. præterea habent, eodem tamen modo, recte.

3. Dicit

dum nostra indicat oratio, utcumque se affectum videri, & animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovet sonum: de quo plura dicerem, si hoc praeципiendi tempus esset, aut si tu hoc quæceres, dicerem etiam de gestu, cum quo junctus est virtus, quibus omnibus, dici vix potest, quantum inter sit, quemadmodum utatur orator. Nam & *infantes*, actionis dignitate, eloquentia saepe frumentum tulerunt: & *diserti*, deformitate agendi, multi, infantes putati sunt: ut jam non sine causa Demosthenes trubuerit, & primas, & secundas, & tertias actiones. Si enim eloquentia nulla sine hac, hac autem sine eloquentia, tanta est; certè plurimum in dicendo potest. Voleat igitur ille, qui eloquentia principatum petet, & contenta voce, atrociter dicere: & lummisa, leniter: & inclinata, videri gravis, & inflexa, miserabilis. Mira est enim quædam *natura vox*: cuius quidem, è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit, & tam suavis varietas perfecta in cantibus. Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic è Phrygia, & Caria rhetorum epilogus, penè canticum: sed ille, quem significat Demosthenes, & Aeschines, cum alter alteri obicit vocis flexiones. 1 Dicis plura etiam Demosthenes, illumque saepe dicit vox dulcis & clara suisse. In quo illud etiam nonandum mihi videtur ad studium perlequendæ suavitatis in vocibus ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutum vocem, nec una plus, nec à postrema syllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluntatem sequatur industria. Ac vocis quidem *bonitas* optanda est, non est enim in nobis, sed tractatio, atque usus in nobis. Ergo ille princeps variabit, & mutabit, omnes sonorum tum intendens, tum remittens, persequetur gradus: idemque motu sic utetur, nihil ut super sit in gestu. Status erectus, & celsus; rarus incessus, nec ita longus: excusio moderata, eaque rara: nulla molliitia cervicum, nulla ar gutia digitorum, non ad numerum articulus cadens: truncus rotundus se ipse moderans, & virili laterum flexione, brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis. *Vultus* vero, qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem? in quo cùm efficeris; nequid ineptum, aut vultuosum sit, tum colorum est quædam magna moderatio. Nam Ut *IMA* o est animi, vultus: sic indices oculi: quorum & hilaritatis, & vicissim tristitiae modum res ipsa, de quibus ageatur, temperabunt. (1) Sed jam illius perfecti oratoris, & summa eloquentia species exprimenda est: quem hoc uno excellere, id est oratione, cetera in eo latere, indicat nomen ipsum. Non enim inventor, aut compositor, aut actor, hac complexus est omnia, sed & Græcè ab eloquendo p̄twg, & Latinè eloquens dicitus est. Ceterarum enim rerum, qua sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque vendicat: dicendi autem, id est eloquendi maxima vis, soli huic conceditur. (m) Quamquam enim & philosophi quidam ornata locuti sunt, (siquidem & Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit, & Aristoteles Iosephus ipsum laetissimè, & Xenophontis voce Musa, quasi locutas ferunt: & longè omnium, quicunque scriperunt, aut locuti sunt, & exsistit & gravitate princeps Plato) tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios, ac forensis habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quam incitare. sic de rebus placatis, ac minime turbulentis, docendi causa, non capiendi, loquuntur: ut in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aequalentur, plus nonnullis, quam necesse sit, facere videan-

tur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorum, & umbratilis, nec sententiosus, nec verbis instruta popularibus, nec juncta numeris, sed soluta liberiis, nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius, quam oratio, dicitur. Quamquam enim omnis locutio, oratio est, tamen unius oratoris locutio, hoc proprio signata nomine est. Sophistarum, de quibus suprà dixi, magis distinguida similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod, cùm sit his propositum non perturbare animos, sed placare potius: nec tam persuadere, quam delectare: & apertius id faciunt, quam nos, & crebrus: concinnas magnis tentientis exquirunt, quam probabileis: à re saepe discidunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque ita disponunt, ut p̄t̄ores varietatem colorum: paria partibus referunt, adversa contrariis, sapientissime similiter extrema definiunt. Huic generi *historia* finitima est, in qua & narratur ornata, & regio saepe, aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones, &hortationes: sed in his tracta quædam, & fluens experitur, non hac contorta, & acris oratio. Ab his non multo secus, quam à poëta, hac eloquentia, quam quærimus, sevocanda est, nam etiam poëta quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi different ab oratoribus, numero maximè videbantur antea, & versu: nunc apud oratores jam ipse numerus increbruit, quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu, (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Græcè ποθεδίς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis, & Democriti locationem, eti absit à versu, tamen, quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëna putandum, quam comicorum poëtarum: apud quos, nisi quod versifici sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis, nec tamen id est poëta maximum: eti est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequuntur, cùm versu sit adstrictior. Ego autem etiam si quorundam grandis, & ornata vox est poëtarum, tamen in ea cum licentiam statuo majorem esse, quam in nobis faciendo rum, jungendorumque verborum, 3 tum etiam nonnullorum voluptati vocibus magis, quam rebus inserviunt. Nec vero, si quid est unum inter eos simile, (id autem est judicium, electioque verborum) propterea ceterarum rerum dissimilitudo intelligi non potest: sed id nec dubium est, & si quid habet quæstionis, hoc tamen ipsum ad id, quod propositum est, non est necessarium. Sejunctus igitur orator Philosopherum eloquentia, à sophistarum, ab historiis, à poëtarum, explicandus est nobis, qualis futurus sit. (n) Exit igitur eloquens (hunc enim, auctore Antonio, quærimus) is, qui in foro, caufisque civilibus ita dicit, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare, necessitatis est: delectare, suavitatis: flectere, victoria: nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi. Subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo: in quo uno vis omnis oratoris est. Magni igitur judicii, summa etiam facultatis esse debet moderator ille, & quasi temperator hujus tripartita varietatis. nam & judicabit, quid cuique opus sit: & poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere. (o) Sed est eloquentia, sicut reliquum rerum, fundamentum, sapientia. UT ENIM in vita, sic in oratione,

1. Dicis plura etiam Demosthenes, Græc.] Pal. quint. dicit, moxque & idem & quart. lext. dicit; ubi hodie est, dicit. locus est minus kanus. Lambinus nobis obicit: Obiectis pluratum Aeschini Demosthenes, fed qua auctoritate.

2. Exsistit & gravitate princeps Plato.] Nil hec desidero; sicque Pa-
lat. quart. & lext. & Memm. nam quint. & suarissimè & gravitas, fixit

autem Lambinus, ex ubertate & gravitate; frustra puto.
3. Tum etiam nonnullorum voluptatis.] Non dispicebat Gulielmo, po-
luntaris, quod erat in Mezzimano; neque aliter Palat. nec enim omnes
ipsum poemam capit, placet. Inepit igitur Lambinus, qui obtrudit, res-
titione andicium voluptatis.

oratione, nihil est difficultius, quam, quid deceat, videre.
Oratione appellant hoc Graeci: nos dicamus sane DECORVM, de quo praeclarè, & multa præcipiantur, & res est cognitio dignissima. Hujus ignoratio non modo in vita, sed expissime & in poëmatis, & in oratione peccatur. Est autem, quid deceat, oratori videndum, non in sententiis solum, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis arta, nec vero locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum: semperque in omni parte orationis, ut vita, quid deceat, est considerandum: quod & in re, de qua agitur, positum est, & in personis & eorum, qui dicunt, & eorum, qui audiunt. Itaque huic loco, longè, & late patentem, philosophi solent in officiis tractare, non cum de recto ipso disputant, nam id quidem unum est, grammatici in poëtis, eloquentes in omni & genere, & parte caesarum. Quam enim indecorum est, de stilicidii cum apud unum judicem dicas, amplissimis verbis, & locis uti communibus: de majestate populi Rom. summis, & subtiliter? Hic genere toto: at persona alii peccant, aut sua, aut judicium, aut etiam adversariorum: nec re sola, sed sepe verbo. et si re nulla vis verbi est, tamen eadem res sape aut probatur, aut rejiciatur, alio, atque alio elata verbo. in omnibusque rebus vindendum est, quatenus. et si enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non lentirent, quid esset satis. Magnus est locus hic, Brute, quod te non fugit, & magnum volumen aliud desiderat. sed ad id quod agitur, illud satis: cum hoc decere, quod semper usurpamus in omnibus dictis & factis, minimis, & maximis: cum hoc, inquam, decere dicimus, illud non decere, & id usqueque, quantum sit, appareat: in aliquo ponatur, aliudque torum sit, utrum decere. an oportere dicas: oportere enim, perfectionem declarat officii, quo & semper intendendum est, & omnibus: decere, quasi aptum esse, consentaneumque tempori, & personæ: quod cum in factis expissime, tum in dictis valet, in vultu denique, & gestu, & incessu: contraque item dedecet. Quod si poëta fugit, ut maximum vitium, qui peccat etiam, cum probata orationem affingit improbo, stulto, sapientis: si denique pector ille vidit, eum immolanda Iphigenia trifis Chalcas esset, moestior Ulysses, moeretur Menelaus, obvulvendum caput Agamemnonis esse, quoniam fannianum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique histrio, quid deceat, querit: quid faciendum oratori putemus? Sed, cum hoc, tantum sit: quid in causis, earumque quasi membris faciat, orator videbit. Illud quidem perfidum est, non modo parteis orationis, sed etiam causas totas, alias alia forma dicendi esse tractandas. (p) Sequitur, ut cuiusque generis nota queratur, & formula: magnum opus, & arduum, ut sepe jam diximus: sed INGREDIENTIBVS considerandum fuit, quid ageremus: nunc quidem jam, quocumque seremur, danda nimur vela sunt. Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum. Summus est, & humilis, consuetudinem imitantur, ab indiftis re plus, quam opinione, differens. Itaque cum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. nam orationis subtilitas, inabilitas illa quidem videot esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, ut etiam si illis maximis viribus careat, sit ut ita dicam, integra validitatem. Primum igitur sum tanquam è vinculis numerorum exunamus. Sunt enim quidam (ut scis) oratori nu-

meri (de quibus mox agemus) observandi, ratione quādam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino tēlinquendi: solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libet, non ut licenter videatur extrare. Verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim illa tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingrata neglentiam, de re, hominis, magis, quam de verbis, laborantis. Sed erit videndum de taliis, cīm hæc duo ei liberiora fuerint, circuitus conglutinatioque verborum. Illa enim ipsa contracta, & minuta, non negligenter tractanda sunt, sed QVÆ DAM etiam negligenter est diligens. nam ut mulieres esse dicuntur nonnullæ & inornatae, quas idipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiam inomita defectat. Fit enim quiddam in utroque, quod si venustus, sed non ut appareat. Tum removetibat omnis insignis ornatus, quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Fucati verò medicamenta candoris, & ruboris, omnia repellentur: elegancia modò, & munditia remanebit. Sermo purus erit, & Latinus: dilucide, planeque dicetur: quid deceat, circumspicitur. Unum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornatum illud suave, & affluens: acutæ, crebræque sententiae ponentur, & nescio unde abdito erutæ, atque in hoc oratore dominabuntur. Recundus erit usus oratoris quasi supellestilis. Suppellex est enim quodammodo nostra, quæ est in ornamenti, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum, duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatus in propriis, usitatisque verbis, quod aut optimè sonat, autrem maxime explanat. In alienis, aut translatum, aut factum aliunde, ut mutuò: aut factum ab ipso, aut novum: aut priscum, & inutilitatum. Sed etiam inusitata, ac præsa, sunt in propriis, nisi quod raro utimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenti, quæ permanent, etiam si verba mutavitis, sunt illa quidem permulta, sed, quæ emineant, pauciora. Ergo ille tenuis orator, modò sit elegans, nec in sciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus in priscis, reliquisque ornamenti & verborum, & sententiarum demissor: translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modò urbanorum, sed etiam rusticorum: siquidem est eorum, *genuare veste, stirre agros, latas esse segetes, luxuriosa frumenta.* Nihil horum parum audacter, sed aut fixiliè est illi, unde transferas: aut, si res suum nullum habet nomen, docendi causa lumen, non ludendi, videtur. Hoc ornamento liberius paulo, quām ceteris, utetur hic summissus: nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur amplissimo. Itaque illud indecorum, (quod quale sit, ex decoro debet intelligi) hic quoque apparet, cum verbum aliquod altius transfertur, idque in oratione humili ponitur, quod idem in alia deceret. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationera illuminat his luminibus, quæ Graeci quasi aliquos gestus orationis, *χειρογλυφα* appellant, quod idem verbum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhibet quidem hic subtilis (quem, nisi quod solum, ceteroque recte quidem vocant Atticum) sed paulò parcus. Nam sic ut in epularum apparatu, à magnificencia recedens, non se parecum solum, sed etiam elegantem videri volet: eliget quibus utatur. Sunt enim pleraque aperte huic ipsius oratoris, de quo loquitur, parimonix. Nam illa, de quibusante dixi, huic aucto fugienda sunt, paria paribus relata, & similiter conclusa, eodemque pacto carentia: & immutacione littera quasi quæsita venustates; ne elaborata

1. *Isternas, quas id ipsam deceat.* Palatinorum duo, pr. & sext. quæsi, egredi, ido enim potissimum non sese ornant, quod ipso videantur formatores, sic Tacitus de Poppæa lib. XIII. Aenal. cap. 45. velata per se, ut se non faciat appellari; vel quia se decebat.

2. *Et patere ea præfice religiose.* 3. Ita ex veterissima editione Rijvius, firmatique Memmianus, polita editi, & præcise & impresso reliquæ quod & in Pal.

elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat. Itemque si quæ verborum *iterations* contentionem aliquam, & clamorem requirent, erunt ab hac summisione orationis alienæ: ceteris promiscue poterit uti; continuationem verborum modo relaxet, & dividat, utraturque verbis quam usitatissimis, translationibus quam molissimis, etiam illa sententiarum lumina assumat quæ non erant vehementer illustrata. Non faciet remp. loquenter, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceratum multa frequentans, una complexione devinciet. Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda, aut postulanda, erit enim ut voce, sic etiam oratione superfluo. Sed pleraq; ex illis convenienter etiam huic tenuerit: quamquam iisdem ornamentis utetur horridius. Talem enim inducimus. Accedit actio non tragica, nec scena, sed modica jactatione corporis, vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significantur ingenuæ, quo sensu quidque prouuntur. Hæc genari orationis ad pertinet etiam *sæs*, qui in dicendo 1 nimum quantum valent; quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Utetur utroque: sed altero in narrando aliquid venutè, altero in jacendo, mitrendoq; ridiculo, cuius genera plura sunt: sed nunc aliud agimus. Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobsceno, ne mimicum: nec petulant, ne improbum: nec in calamitatem, ne inhumanum: nec in facinus, ne odio locum risus occupet: neque aut sua persona, aut judicium aut tempore alienum. Hæc enim ad illud indecorum referuntur. Vocabit etiam quæsita, nec ex tempore facta, sed domo allata; quæ plerumque sunt frigida, parcer & amicitia, & dignitatibus: vitabit insanabileis contumelias: tantummodo adversarios figet, nec eos tamen semper, nec omneis, nec omni modo. quibus exceptis sic uterū sicut, & facetus, ut ego ex istis novis Atticis talem cognoverim neminem, cum id certè si vel maximè Atticum. Hanc ego judico formam summissi oratoris, sed magni tamen, & germani Atticis quoniam, quidquid est falsum, aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est. è quibus tamen non omnes faceti. Lysias satis, & Hyperides: Demades præter ceteros fertur: Demosthenes minus habetur: quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed non tam *dicas* fuit, quam facetus. Est autem illud acrioris ingenii, hoc majoris artis. (q) uberior est aliud, aliquantoque robustius, quam hoc humile, de quo dictum est: summissius autem, quam illud, de quo jam dicetur, amplissimum. Hoc in genere, nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum. Est enim plenus, quam hoc enucleatum: quam autem illud ornatum, copiosumque, summissius. Huic omnia dicendi ornamenta convenient, plurimaque est in hac orationis forma, suavitatis, in qua multi floruerunt apud Græcos: sed Phalereus Demetrius meo judicio præstít ceteris: cuius oratio cùm sedatè, placideque loquitur, tum illustrat eam, quasi *stella* quadam, tralata verba, atque immutata. Tralata ea dico, ut si p. jam, quæ per similitudinem ab alia re aut suavitatis, aut inopie causa transferun-

tur. Mutata, in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud, quod idem significet, sumtum ex re aliqua consequenti, quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo translatulit, cùm dixit Ennius, *z arcem & urbem orbas*: alio modo, si pro patria arcem dixisset: , & horridam Africam tremere tumultu cùm dicit, *z pro Afriis immutat Africam*. Hanc hypallagen rhetores, & quia quasi summantur verba pro verbis: metonymiam grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autem translationi hac ipsa subiungit, & abusionem, quam *νοτίων γένεσις* vocant: ut cùm *minutum* dicimus *animum* pro parvo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet. 5 Jam cùm fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant *ἀπογείας*, nomine recte, genere melius ille, quæ ista omnia *translations* vocat. Hæc frequenter Phalereus maxime, suntque dulcisima & quamquam translatio est apud eum multa, tamen immitationes nulquam crebrior. In idem genus orationis loquor enim de illa modica, ac temperata verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum: 6 ita, eruditæque disputationes ab eodem explicantur, & loci communes sine contentione dicuntur. Quid multa? è *philosophorum* scholis tales ferè evadunt: & nisi coram erit comparatus ille fortior: per se hic, quem dico, probabitur. Est enim quoddam etiam insigne, & florens orationis, pictum, & expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum è *sophistarum* fontibus defluxit in forum, sed spretum à subtilibus, repulsum à gravibus, in ea, de qua loquor, mediocritate consedit. (r) Tertius est ille amplius, copiosus, gravis, ornatus, in quo profecto vis maxima est. Hic est enim, cuius ornatum dicendi, & copiam admirata gentes, eloquentiam in civitatibus plurimum valere passa sunt: sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituque feretur: quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assiqui posse dissiderent. Hujus eloquentia est tractare animos, hujus omni modo permoveare. Hæc modo persingit; modo irrepit in sensu: inserit novas opiniones, evellit insitas, sed multum intercessit inter hoc dicendi genus, & superiora. Qui in illo subtili, & acuto elaboravit, ut callidè, argutèque diceret, nec quidquam altius cogitat: hoc uno perfecto, magnus orator est, si non maximus: minimeque in *lubrico* versabitur, & si semel constiterit, numquam cadet. Medius ille autem, quem modicum, & temperatum voco, si modo suum illud satis instruxerit; non extimescit ancipiteis dendi, incertosque casus: etiam, si quando minus succedit, ut sape fit, magnum tamen periculum non adibit. alio enim *cadere* non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus, gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet uni, oec suam copiam cum illis duobus generibus temperavit: maximè est contemnendus, ille enim summissius, quod acutè, & veteratoriè dicit, sapiens iam: medius, suavis: hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis fanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere, præsertim cùm causæ partim tortæ sint eo modo, partim aliquā.

^{1.} Nominum quantum valent.) Fuit & istud in Memm. & Pal. quart. ac sext. nam quint. unum quantum, hæc si alterum item in tribas mis. quos excusat, restator ipse Fabricius ad Terent.

^{2.} Arcem & urbem orbas: aliomodo, & pro patria arcem dixisset.] Pal. pr. & sec. qui hec primum ausplicantur sicut Oratoris initium, veriore, mea sententia, lectio continet: Aliomodo urbem orbas: aliomodo pro patriam ardes dixisti, loquitur enim de Roma à Gall. Incensa, civibusque suis viduata, qui in Capitolium re' uigerant. hinc liquet, quid sentire debeamus de Lambini edit. quæ nobis supponitur, arcem & nos rra-

fus, &c. conjecturam esse feliciter plus quam humanam.

^{3.} Pro Afris immutat Africam.] Palatini idem duo; immutat, forsitan melius vulgate.

^{4.} Quia quasi summantur.] Pithiliber, summus ramen, Pall. ambo,

summus tantum, forte summantur, adnotatum Gulielmo.

^{5.} Iam cum fluxerint.] Palat. idem, Iam confunduntur, ut forte periclit ob similiitudinem cum referendum que sit: Iam cum confunduntur, ut dum notatum alii.

^{6.} Lata ostenditque.] Gulielmus emendat lata.

aliqua ex parte tractanda: si non præparatis auribus
inflammare rem coepit: furere apud sanos. & quasi inter so-
brios bacchari vinolentus videtur.⁽¹⁾ Tenemus igitur. Bru-
te, quem querimus: sed animo, nam manu si prehendissem,
ne ipse quidem sua ranta eloquentia mihi persuaseret, ut se
dimitterem. Sed invenius profecto est ille eloquens, quem
numquam vidi Antonius. Quis est igitur is? Complectat
breui, differam pluribus. Is enim est eloquens, qui & hu-
milia subtiliter, & magna graviter, & mediocriter temperate
potest dicere. Nemo is, inquietus, unquam fuit. Ne fuerit.
ego enim, quid desiderem, non, quid viderim, disporto:
tedeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam,
& speciem: quam eti non cernimus tamen animo tenere
possimus. Non enim eloquentem quoque, neque quidquam
mortale, & caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit com-
pos, sit eloquens: quod nihil est aliud, nisi eloquentia ipsa,
quam nullis, nisi mentis oculi videre possumus. Is erit igitur
eloquens, (ut idem illud iteremus) qui poterit pacie
sumuisse, modica tempeste, magna graviter dicere. Tota
michi causa pro Cæcina, de verbis interdicti fuit, res invo-
lutas definiendo explicavimus: ius civile laudavimus: verba
ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege
Pompejus, temperata oratione ornandi copiam pertecuti-
sumus. Ius omne retinenda majestatis Rabirii causa con-
tinebatur. ergo in ornari genere amplificationis exarsumus.
At hæc interdum temperanda, & varianda sunt. Quod igi-
tur in accusatione septem libris non reperitur genus?
quod in Habin? quod in Cornelii? quod in plurimis nostris
defensionibus? qua exempla telestissimum, nisi vel nota esse
arbitrater, vel posse eligere qui quererent. Nulla est enim
ullo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus
non sit aliqua, si non perfectio, at tonatus tamen, atque ad-
umbratio, non aequaliter, at, quid deceat, videmus, nec
enim nunc de nobis, sed de re dicimus: In quo tantum ab-
est, ut nostra mirremur, ut usque eō difficiles, ac morosi si-
mus: ut nobis non satis facias ipse Demosthenes: qui quam-
quam unus eminerit inter omnes in omni genere dicendi,
tamen non semper implet aureis meas, ita sunt avida, &
capaces: & semper aliquid immensum, infinitumque desi-
derant. Sed tamen, quoniam & hunc tu oratorem cum
eius studiosissimo Pammene, cum esset Athenis, totum di-
ligentissimum cognovisti: neque eum dimisisti manibus:
& tamen nostra etiam lexitas: vides profecto illum multa
perficiere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quo-
cumq; modo causa postuler, dicere. Sed ille magnus, nam &
successus ipse magnus, & maximus orator habuit æqualeis,
nos magnum fecissemus, si quidem potuisseamus, quod con-
tendimus, pervenire, in ea urbe, in qua (ut ait Antonius) au-
ditus eloquens nemo erat. (2) Atqui, si Antonio Crassus e-
loquens visus non est, aut sibi ipse, numquam Cotta visus
est, numquam Sulpicius, numquam Hortensius, nihil
enim amplius Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa gra-
viter Hortensius. Superioris magis ad omne genus apti,
Crassum dico, & Antonium. Jejunus igitur hujus multiplicis,
& æquabiliter in omnia genera fulx orationis aureis ci-
vitatis acceptimus: easque nos primi, quicunque eramus,
& quantulumcumque dicebamus, ad hujus generis dicendi,
audiendi incredibilia studia convertimus. Quantis illa cla-
moribus adolescentuli diximus & de supplicio parricida-
rum? quæ nequaquam satis describuisse posse aliquanto
sentire coepimus. "Quid enim tam commune, quam spi-
ritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejctis?
Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de celo non
queant: ita moriuntur, ut eorum osa terra non tangat:

ita jactantur fluctibus, ut numquam alluantur: ita posse-
mo efficiuntur, ut ne ad faxa quidem mortui conquecant,
& quæ sequuntur. Sunt enim omnia, sicut adolecentis non
tam re, & maturitate, quam spe, & expectatione, laudati.
Ab hac indole jam illa matura. "Uxor generi, noverca filii,
filii pelle. Nec vero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc
modo omnia diceremus. ipsa enim illa pro Rofcio juveni-
lis redundans, multa haber attenuata, quadam etiam
paulo hilariora. At pro Habito, pro Cornelio, complures;
aliz, nemo enim orator tam multa, ne in Greco quidem
otio, scriptis, quam multa sunt nostra: eaque hanc ipsam
habent, quam probo, varietatem. An ego Homero, En-
nio, reliquæ poëtæ, & maxime tragicis concederem, ut ne
omnibus locis eadem contentione uterentur, ceteroque
mutarent, nonnumquam etiam ad quotidianum genus fer-
monis accederent; ipse numquam ab illa acerrima conten-
tione discederent? Sed quid poëtas divino ingenio profe-
ro? Histiones eos vidimus, quibus nihil posset in suo
genere esse praestantes, qui non solum in dissimiliis
personis satisfaciebant, cum tamen in suis versarentur,
sed & comedunt in tragediis, & tragœdum in comedie
admodum placere vidimus. ego non elaborem? Cum
dico me: te, Brute, dico, nam in me quidem jam pridem
effectum est, quod futurum fuit. Tu autem eodem mo-
do omnis causas ages? aut aliquid cautarum genus repu-
diabis? aut in iisdem causis perpetuum & eundem spiritu
sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem,
cuius nuper inter imagines tuas, ac tuorum, (quod
enim, credo, amares) cum ad te in Tufculanum venissem,
imaginem ex æte vidi, nihil Lysias subtilitate edit, nihil
argutus, & acumine Hyperidi, nihil lenitate Aschiae, &
splendore verborum. Multa sunt ejus tota orationes sub-
tiles, ut contra Leptinem: multæ tortæ graves, ut quedam
Philippicæ: multæ variae, ut contra Aschinem, falsæ lega-
tionis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. Jam illud
medio quiescet, arripit, & à gravissimo dices, eo
potidam delabitur. Clamores tamen tum mover, & tum
in dicendo pluitum efficit, cum gravitatis locis uitur.
Sed ab hoc parumper abeamus (quandoquidem de gêre,
non de homine querimus) rei potius, id est, eloquentie
vix & naturam explicemus. Illud tamen, quod jam ante
diximus, meminerimus, nil nos præcipiendi causa esse di-
ctuorum: atque ita potius acturos, ut existimatores videa-
mur loqui, non magistri, in quo tamen longius progredi-
mur, quod videmus non te hac solum esse lecturum, qui
ea multo, quam nos, qui quasi docere videamur, habeas
notiora: sed hunc librum etiam si minus nostra commen-
datione, tuo tamen nomine divulgar necesse est. Est igitur
perfectæ eloquentie puto, non eam solum facultatem habe-
re, quæ sit ejus propria, fusa, lateque dicendi, sed etiam
vicinam ejus, atque finitiam, dialecticorum scientiam
assumere. quamquam aliud viderat oratio esse, aliud di-
sputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: at tamen utrum-
que in disserendo est, disputandi ratio, & loquendi, dialec-
ticorum sit: oratorum autem, dicendi, & ornandi. Zeno
quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demon-
strate solebat, quid inter has artes interest, nam cum
comprehenderat digitos, pugnumque fecerat: dialecticam ale-
bat ejusmodi esse, cum autem diduxerat, & manum dilata-
verat: palme illius similem eloquentiam esse dicebat.
Atq; etiam ante hunc Aristoteles principio artis rhetorice
dicit, illam artem quasi ex altera parte respondere dialecti-
ca: ut hoc videlicet differant inter se, quod hac ratio di-
cendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic
summo,

1. In accusatione septem libris.] Hotomanus: quiaque, quod vel invi-
tis libris omnibus recipiendum parabat Lambinus.

2. De suppliciis parricidarum.] Exultat illud totum ē Pal. pt. sec. neque

comparat in Pithecano; & poterat subintelligi.

3. Offa terra non tangat.] Eadem trias librorum, seruum non tangentes,
& mox abhanc pro alluvione.

summo, omnem, quæ ad dicendum trahi possit, loquendi rationem, esse notam: quæ quidem res (quod te his artibus eruditum minimè fallit) duplē habet docendi viam. Nam & ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima disserendi, & postea, qui dialektici dicuntur, sparsa multa p̄pererunt. Ergo cum censeo, qui eloquentia laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem: sed vel illa antiqua, vel hac Chrysippi disciplina institutum. noverit primum vim, naturam, genera verborum, & simplicium, & copulatōrum: deinde quot modis quidque dicatur: qua ratione verum, falsum sit, judicetur: quid efficiat è quoque: quod cui consequens sit, quodque contrarium: cumque ambigū multa dicantur, quomodo quidque eorum dividi, explanari oporteat. Hæc tenenda sunt oratori, s̄pē enim occurunt, sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis usus. Et quoniam in omnibus, qua ratione docentur, & via, primum constitendum est, quid quidque sit: (nisi enim inter eos, qui disceptent, convenit, quid sit illud, de quo ambiguitur, nec recte differi, nec umquam ad exitum pervenire potest) explicanda est s̄pē verbis mens nostra de quaque re, atque involuta rei notitia definiendo appetienda est, si quidem definitio, est oratio, quæ, quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Tum ut scis, explicato genere cuiusque rei, videndum est, qua sint eius generis five formæ, five partes, ut in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur hæc facultas in eo, quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam p̄fessè, & angustè, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cum explanatius, tum etiam uberioris, & ad commune iudicium, popularemque intelligentiam accommodatius. Idemque etiam, cum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur, ac dividatur, quando autem, aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus: quoniam (ut supra dixi) iudicem me esse, non docto rem volo. (a) Nec vero dialekticis modo sit instrutus, sed habeat omnes philosophias notos, & tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriæ, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi, & erroribus, quæ s̄pē cadunt in causas, sed jejunius aguntur: nihil, inquam, sine ea Scientia, quam dixi, graviter, amplè, copiose dici, & explicari potest. De materia loquor orationis etiam nunc, non ipso de genere dicendi. Volo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quam cogitet, quibus verbis quidque dicat, aut quomodo. quem etiam, quo grandior sit, & quodam modo excelsior (ut de Pericle dixi superius) ne physorum quidem esse ignarus volo. Omnia profectò, cum se à caelestibus rebus referat ad humanas, excelsius, magnificentiusque & dicet, & sentier. (x) Cumq; illa divina cognoverit, nolo ignorare ne hæc quidem humana. Ius civile tenet, quo gentes causa forentur quotidie. quid est enim turpis, quam legitimarum, & civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum, & civilis juris ignarus? (y) Cognoscet etiam rerum gestarum, & memoria veteris ordinem, maximè scilicet nostræ civitatis: sed & imperiorum popolorum, & regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri levavit labor: qui conservatis, notatisque temporibus: nihil cum illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. NESCIRAU-

tem, quid antea, quam natus sis, acciderit, id est sen per esse puerum. Quid enim est ætas hominis, & nisi memoria rerum veterum cum superiorum ætate contexitur? Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumque prolatissima cum delatione, & autoritatem orationi afferit, & fidem. Sic igitur instructus veniet ad causas: quærum habebit genera primum ipsa cognita. erit enim ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat, aut verba. Res, aut de vero, aut de recto, aut de nomine. Verba, aut de ambiguo, aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambiguus, quod ex præterito verbo fieri solet: in quo, quod est ambiguum proprium, res duas significari videamus. (z) Cum tam pauca sint genera causarum, etiam 3 argumentorum præcepta pauca sunt, traditi sunt, in quibus ea ducentur, duplices loci: uni è rebus ipsis, alteri assunti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorē orationem, nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur, quid enim jam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordini orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad discendum? rem breviter expōne. & probabiliter, & aperte, ut, quid agatur, intelligi possit? sua confirmare? adversaria evertere? eaque efficeri non perturbatè, sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis, quæ fūmentur ad quamque rem confirmandam? post omnia perorationem inflammantem restinguente invenire concludeare? Has parteis quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco, nec enim semper tractantur uno modo. (aa) Quoniam autem non, quem doceam, quæro, sed quem probem: probabo primum eum, qui, quid deceat, videbit. Hæc enim sapientia maximè adhibenda eloquenti est, ut sit temporum, personarumq; moderator. Nam nec temper, nec apud omnes, nec contra omnes, nec pro omnibus, nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque erit dicendum, ita dicet: nec satira jejunè, nec grandia minutiæ, nec item contraria, sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. Principia verecunda, non & elatis incensa verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem adversarii, vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historico, sed propè quotidiano sermone explicata dilucide. Dein si tenuis causa, tum etiam argumentandi tenue filum & in dōndo, & in refellendo: idque ita tenebitur, ut, quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Cūm vero causa ea incidenter, in qua vis eloquentia possit expromi: tum se latius fundet orator, tum reget, & flectet animos, & sic efficiet, ut volet, id est, ut causa natura, & ratio temporis postulabit. (bb) Sed erit duplex omnis ejus ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. Nam cūm omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic ut verbum nullum, nisi aut grave, aut elegans excidat: tum sunt maximè lumenosæ, & quasi actuosa partes duas: quarum alteram in universi generis quæstione ponō, quam (ut supra dixi) Græci appellant ἡστή: alteram in augendis, amplificandisque rebus, quæ ab eisdem αὐλέσθησαν est nominata. Quæ etiæ æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maximè excelleat: qui communis appellati, quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprii singularum esse debent: At vero illa pars orationis, quæ est de genere universo,

1. Qui conservat notatusque temporibus.] Legendum videbasur Guilielmo coherens.

2. Nisi memoria rerum veterum cum superiorum, &c.] Ita Pall. omnes, nisi quod Pal. pr. & sec. superioribus. Vulgata, nisi ex membris. Membrorum habets nisi cum nra. ret. iterum concretaur; omisitis ceteris.

3. Argumentorum præcepta pauca sunt, traditi sunt, & quibus, &c.] Sic

Pall. posteriores, quippe pr. & sec. item Pith. præcepta tradita sunt, & quibus ducantur.

4. Elatis incensa verbis.] Haud aliter Pall. omnes, & Pith. recepta lectio intensa, alias intensa.

5. Et quæ alios, &c.] Ita Pall. omnes & Gallicani. Nonius tamen duobus locis inculcat nobis yasius.

verso, totas causas s^ep^e continet. quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversie, quod Gracē & ceteris dicuntur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuum questionem, atque de universo genere dicatur; nisi cum de vero ambigatur: quod queri conjectura solet. Dicerur autem non peripatescorum more (est enim illorum exercitatio elegansissimū inde ab Aristotele constituta) sed a i- quanto nervosius: & ita de re communia dicentur, ut & pro reis multa leniter dicantur, & in adversarios alspere Augendis, vel t^erebus, & contraria ab ciendis nihil est, quod non perficere possit oratio: quod & inter media argumen- ta faciendum est, quiescumque dabitur vel amplificandi, vel minuendi locus, & pone infinite in perorando. (e) Dⁱo sunt, que bene tracta a ab oratore, admirabilem elo- giam faciunt, quorum alterum est, quod Graci^m vacante, ad naturas, & ad mores, & ad omnem vita con- stitudinem accommodatum: alterum, quod iidem nō nominam, quo perturbantur animi & conci- tanur, in quo uno regnat oratio. Illud superius, come, ju- cundum, ad benivolentiam conciliandam paratum: hoc, velut mens, incensum, incitatum, quo causa eripiuntur: quod cum rapidē fertur, sustineri nullo pacto potest. Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus: sed magno semper usi impetu, s^ep^e adversarios de statu omni deje- mus. Nobis pro familiariri reo summus orator non respon- dit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit. Nobis privata in causa ma- gna & gravi, cum copisset Curio pater respondere, subito assedit, cum libi venientem creptam memoriam diceret. Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod etiam si plutes dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant, in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequebat. Quz qualiacumque in me sunt: 1 me enim ipsum non ponit, quanta sint: sed apparent in orationibus, eti^mcaen libri spiritu illo, pro- pter quem majora eadem illa cum aguntur, quam cum leg- guntur, videri solent. Nec vero miseratione solum mens judicium permovet est (qua nos ita dolenter ura sole- mos ut puerum infantem in manibus perorantes tenueri- mus: ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore & lamentatione compleremus fo- rum) sed etiam est faciendum, ut iustus iudex, mitige- tur, invideat, faveat, contemnatur, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lateatur, doleat: qua in varietate, diuinitate, accusatio suppeditabit exempla: in tiorum defensiones mex. Nullo enim modo ani- mus audiens aut incitari, aut leniri potest, qui modus a me non tentatus sit, dicere perfectum, si ita judicarem, nec in veritate crimen arroganter extimecerem. Sed (ut suprā dixi) nulla me ingenii, sed magna vis animi inflam- mar, ut me ipse non teneam. NEC V M Q V A M is, qui audi- ret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret, oratio. Ut erit exemplis domesticis, nisi ea legisses: uter alienis vel Latinis, si illa reperiem: vel Gracis, si diceret. Sed Crassi perpaucia sunt, nec ea judiciorum, nihil Antonii, ni- hil Corri, nihil Sulpicii dicebat melius, quam scriptit Horrenius. Verum haec vis, quam quazimus, quanta sit, suscipiemus, quoniam exemplum non habemus: aut, si exempla sequimur, à Demosthene sumimus, & quidem perpetua dictio, ex eo loco, unde, in Celsiphonis ju- dicio, de suis factis, consiliis, meritis in temp. aggressus est dicere. Ea profecto oratio in eam formam, quæ est

inista in mentibus nostris, includi sic potest, ut major elo- quentia non requiratur. (d) Sed jam forma ipsa restat, & character ille qui dicitur: qui quæ illæ esse debet, ex ipsi, quæ suprā dicta sunt, intelligi potest. Nam & singulorum verborum, & collocatorum lumina attigimus: quibus sic ab- undabit, ut verbum ex ore nullum, nisi aut elegans, aut gra- ve exeat: ex omnique genere frequentissimæ translationes erunt, quod ex proprie similitudinem transferunt animos, & referunt, ac movent huc, & illuc: qui motus cogitationis, celeriter agitatus, per se ipse delectat. Et reliqua, ex collocatione verborum quæ sumuntur quali lumina, ma- gnun^m afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis, quæ in ample ornata scenz, aut fori appellantur insignia: non quod sola orunt, sed quod excellant. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia: cum aut duplicantur, iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur, aut ab eodem verbo duci- tur sibi nominis, quo perturbantur animi & conci- tanur, in quo uno regnat oratio. Illud superius, come, ju- cundum, ad benivolentiam conciliandam paratum: hoc, velut mens, incensum, incitatum, quo causa eripiuntur: quod cum rapidē fertur, sustineri nullo pacto potest. Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus: sed magno semper usi impetu, s^ep^e adversarios de statu omni deje- mus. Nobis pro familiariri reo summus orator non respon- dit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit. Nobis privata in causa ma- gna & gravi, cum copisset Curio pater respondere, subito assedit, cum libi venientem creptam memoriam diceret. Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod etiam si plutes dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant, in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequebat. Quz qualiacumque in me sunt: 1 me enim ipsum non ponit, quanta sint: sed apparent in orationibus, eti^mcaen libri spiritu illo, pro- pter quem majora eadem illa cum aguntur, quam cum leg- guntur, videri solent. Nec vero miseratione solum mens judicium permovet est (qua nos ita dolenter ura sole- mos ut puerum infantem in manibus perorantes tenueri- mus: ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore & lamentatione compleremus fo- rum) sed etiam est faciendum, ut iustus iudex, mitige- tur, invideat, faveat, contemnatur, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lateatur, doleat: qua in varietate, diuinitate, accusatio suppeditabit exempla: in tiorum defensiones mex. Nullo enim modo ani- mus audiens aut incitari, aut leniri potest, qui modus a me non tentatus sit, dicere perfectum, si ita judicarem, nec in veritate crimen arroganter extimecerem. Sed (ut suprā dixi) nulla me ingenii, sed magna vis animi inflam- mar, ut me ipse non teneam. NEC V M Q V A M is, qui audi- ret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret, oratio. Ut erit exemplis domesticis, nisi ea legisses: uter alienis vel Latinis, si illa reperiem: vel Gracis, si diceret. Sed Crassi perpaucia sunt, nec ea judiciorum, nihil Antonii, ni- hil Corri, nihil Sulpicii dicebat melius, quam scriptit Horrenius. Verum haec vis, quam quazimus, quanta sit, suscipiemus, quoniam exemplum non habemus: aut, si exempla sequimur, à Demosthene sumimus, & quidem perpetua dictio, ex eo loco, unde, in Celsiphonis ju- dicio, de suis factis, consiliis, meritis in temp. aggressus est dicere. Ea profecto oratio in eam formam, quæ est

Significatio

1. Me omni ipsum non ponit, quanta sint.] Pith. & Pall. duo priores tantum habent, me ipsum ponit, quanta sint.

2. Aut cum graduum sursum versus reditur.] Pall. iidem & Pith. reddi- tu, unde faciebat redditus Gallicius, postea tamen maluisse videtur, sursum versus cedere, ut sit ex illo Plauti Epidico: epi sursum versus ad illud passim accedere.

3. Sunt conformatio sententia edicuntur.] Retinent istud Pall. poste-

riores: priores enim, dicitur, alias legi inducunt, dudum annoverunt aliis, sed quid si tota illa vox abieciretur?

4. Ut recte s^ep^e multis modis eadem, &c.] Est d' Rivo & Lambi- nianis, nam Pall. posterores, eadem, ut unam in rem habeant, & in eam comprobent sententiam, priores & Pith. eadem & unam, & hanc in eadem comprobent sententiam, quomodo vulgo editi, nisi quod illi, eadem.

Significatio sepe erit major, quam oratio: sepe hilaritas, sepe vita, naturatumq; imitatio. Hoc in genere (nam quasi filiam vides) omnis eluceat oportet eloquentia magnitudo (ff) Sed hæc, nisi collocata, & quasi structa, & nesa verbis, ad eam laudem, quam volumus, aspirare non possunt. De quo cùm milii deinceps viderem esse dicendum, eis movebant jam me illa, qua suprà dixeram, ramen iis, quæ sequuntur, perturbabar magis. Occurrebat enim, posse repperiri non invidos solum, quibus refusa sunt omnia, sed factores etiam mecum laudem, qui non censerent ejus viri esse, de cuius meritis tanta senatus judicia fecerint, probante populo Rom. quanta de nullo, de artificio dicendi litteris tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi me M. Bruto negare rogari voluisse, justa esset excusat, cum & amicissimo, & præstantissimo viro, & recta & honesta petenti, latifacere voluisse. Sed si profiterem (quod utinam possem) me studiis dicendi, præcepta, & quasi vias, quæ ad eloquentiam ferrent, traditurum: quis tandem id iustus rectum & estimatur reprobere? Nam quis unquam dubitavit, quin in rep. nostra primas eloquentia tenerit semper, urbanis, pacatique rebus, secundas, juris scientia? cum in altera, gratia, gloria, præsidit plurimum esset: in altera, persecutionum, cautio- numque præceptio, quæ quidem ipsa auxilium ab eloquentia sepe petet, ea vero repugnante via sua regiones, fineisque defenderet. Curigitur jucivile docere semper pulchrum fuit, hominumque clarissimum discipulis floruerunt domus: ad dicendum si quis acuat, aut adjuvet in co- juventutem, vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornate, pellatur omnino civitate eloquentia. Sin ea non modo eos ornat, penes quo est, sed etiam universam temp. Cura. AVT discere turpe est: quod scire honestum est, aut, quod nosse pulcherrimum est, id non gloriosum docere? At alterum factitatum est, alterum novum. Fatoe: sed utriusque rei causa est. Alteros enim respondentis audire fatigat, ut ii, qui docent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi separerent: sed eodem tempore & dissentibus satis facerent, & consulentibus, alteri, cum domesticum tem- pus in cognoscendis, componendisque causis, forensi in agendis, reliquum in seipso residiens omne consumerent: quem habebant instituent, aut docendi locum? Atque haud scio, i an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint, quam doctrina, itaque illi dicere melius, quam præcipere: & nos contra fortasse possumus. At dignitatem docere non habet. Certè, si quali in ludo, sed si monendo, si cohortando, si percutiendo, si communicando, si interdum etiam una legendo, audiendo: nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando, si possis meliores facere, cur nolis? An, quibus verbis facrorum alienatio fiat, docere honestum est, ut est: quibus ipsa facra retineri, defen- dique possint, non honestum est? At jus proficiunt etiam qui nesciunt, eloquentiam autem illi ipsi, qui consecuti sunt, tamen ea se valere dissimulant, propterea quod PRÆ- DENTIA hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquentia potest: aut id, quod dissimulat, effugit: aut est periculum, ne quis putet in magna arte, & glorijs, turpe esse docere alios id quod ipsi fuerit honestissimum discere? Ac fortasse ceteri testiores: ego semper me didicisse præ me tuli. Quid enim possem, cum & absuissim adolescentis, & horum studiorum causa: mare

transfissim, & doctissimis hominibus refusa domus esset, & aliquæ fortasse inessent in sermone nostro dicitur, nonne? cumque vulgo scripta nostra legentur, dissimulandum me didicisse? Quid erat, cur probarem, nisi quod parum fortasse proficeram? Quod cum ita sit, tamen ea, quæ suprà dicta sunt, plus in disputando, quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum, dinumerandis, & dimerendi loquemur: quæ etiam si sunt, tamen milii videntur, necessaria, tamen summi magnificentia, quam docentur. Est id omnino verum, sed propriè in hoc dicitur nam OMNIVM magnarum artium, sicut arborum, altitudine nos delectat: radices, stirpesque non item: sed esse illa sine his non potest. Me autem, sive peragatissimus ille versus, qui velet,

Artom pudere prosequi, quam satilitas, dissimulare non finit, quia delectat; sive tuum studium hoc à me volumen ex- prexit: tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabat, respondendum fuit. Quod si ea, quæ dixi, non ita essent: quis tamen se tam durum, agrestemque praberet, qui hanc mihi non daret veniam, ut, cum mea forentes artes, & actiones publicæ concidissent, non me aut desideria, quod facere non possum: aut modestia, cui resisto, potius, quam litteris, dederem? quæ quidem me ante in judicia, atque in curiam deducebant, nunc obelestant domi. Nec vetitalibus modò rebus, qualeis hujus liber continet, sed multo etiam gravioribus, & majoribus: quæ si erunt perfectæ, profecto forensibus nostris rebus etiam domestica litteræ respondebunt. Sed ad institutum disputationem revertamur. Collocabuntur igitur verba, aut ut inter se quām aptissimè cohæsent extrema cum primis, & que sint quām suavissimi vocibus: aut ut formi ipsa, concinnitasque verborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio numerose, & apte cadat. (gg Ato;) illud primum videamus quale sit, quod vel maximè desiderat: diligentiam, ut fiat qualis structura quadam, nec tamen fiat operosè: nam esset cum infinitus, tum puerilis labor, quod apud Lucilium scitè exigit in Albucio Scavola;

*Quam lepida lexen composta: ut tessera omnes
Arte pavimento, atque emblemate vermiculato.*

Nolo tam minuta hac constructio appareat: sed tamen filius exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. Nam ut in legendō oculus, sic animus in dicendo prospiceret, quid sequatur, ne extremorum verborum cum intellectibus primis concursus, aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. Quamvis enim suaves, gravesque sententiae, tamen si inconditis verbis efficeruntur, offendient auris: quamrum est pudicum superbissimum. Quod quidem Latina lingua sic observat, & nemo ut tam rusticus sit, quin vocaleis nolit conjungere. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tanto opere fugerit; & eti id magister ejus Isocrates, at non Thucydides: ne ille quidem haud paullo major scriptor, Plato: nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, quia mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proelii interfici: quæ sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocum concurrio, quam magna ex parte, ut vitiosam, fugit Demosthenes. Sed Græci videntur: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voce

1. An plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint. I Accedit Muretus codici Alexandri Glorierii, in quo erat amplius, orationem, cùrta atque nos, ingenio &c. & vero sic quoque præferit exemplar Pithœnum, etatque in Palatin. prim. ac secund. oratorum offique ingenio, sed tamen vix admissem, nihil vanisibus Palatinis ceteris.

2. Nas caputa fortasse possumus. I Nihil adjiciunt membranacei nostri, quare non possumus adnuero Glorierianis libro addendi, possumus maline, deinceps, eis id præberet Muretus libro XII. Varias. Lectionum

cap. 20.

3. Diligentiam, ut fiat quasi struttura quadam, nec tamen fiat operosè.] Hanc scripserunt etiam offendit in Pith. Gulielmus, egoque in Pal. pt. ac sec. estiæ concinnior longe haec tenus recepta.

4. Nemo tam rufius quin J. Haud aliter Pall. & firmar P. Victorius, libro Var. lect. XI. cap. 17. Turnebus lib. VIII. cap. 3:

5. Est id magister ejus Isocrates: at non, &c. I Pal. pt. est id magister ejus Horatius fecerat: atiamen Thucydides, neque, aliter fecit, nisi quod is, nō iam magister, &c.

voces conceditur. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis; indicant omnes poëtæ præter eos, qui ut versum facerent, sæpe hiabant, ut Nævius,

„Vos, qui accolitū Histram fluvium, atque Algidam,
Et ibidem,

„Quam numquam vobis Graj, atque Barbati.

At Ennius semel,

Scipio invile. —

Et quidem nos,

„Hoc mihi radiantum Etesia in vada ponti.

Hoc idem nostri sapienter non rallicant, quod Græci laudare etiam solent. 1. Sed quid ego vocatiss? sine vocalibus sæpe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicarent, multi' mos-
di, 2. vad' argentei, palm' & crinibus, teli' frâlli. Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut duallum, bellum, & duis bis: sic Duellum, cum, qui Panos classi devicit, 3. Bel-
lum non inveniuntur, cum superiores appellati essent semper Duelli. Quintiam verba sæpe contrahuntur non usus
causa sed aurum. Quomodo enim vester Axilla, Alafatus est, nisi fuga littera vañioris? quam litteram etiam è maxilli, & taxillis, & voxili, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Libenter etiam copulando verba jungebant. ut sodes, pro, si audet: sis, pro, si vis. Jam in uno, 5. caps, tria verba sunt: an', pro, aſſue: nequire, pro, non quire: malle, pro, magis velle: nolle, pro, non velle. Dein etiam sæpe, & exim, pro, deinde, & exinde dicimus. Quid il-
lud? non olet unde sit, quod dicitur, eum illi? cum autem nobis non dicitur, sed nobiscum? quia si ita diceretur, obſcu-
nius concuterent litteræ, ut etiam modò, nisi A V T B M interpoſiſsem, concurrissent. Ex eo est mecum, & tecum: non, cum me, & cum te, ut effet simile illis vobis, atque nobiscum. Atque etiam à quibusdam ferò jam emendatur antiquitas, qui hac reprehendunt, nam Proh deum, atque bo-
minum fidem: deorum ajunt. Ita credo. hoc illi nesciebant: an dabat hanc licentianus consuetudo? Itaque idem poëta,
qui inuitatius continxerat,

— Patria mei meum saltum pudet, pro meorum factorum: Et,

Texatio: exitium examen rapit, — pro exitiorum: non di-
cit, liberum, ut plerique loquimur, cum, Cupidos liberum, aut,
In liberum loco, dicimus: sed ut isti volunt,

Negue tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te
genus.

Et idem,

Namq. Asculapio liberorum. —

At ille alter in Chrysè, non solum,

Cives, antiqui amici majorum meorum, quod erat usitatum,
fed durius etiam,

Consilium, augurium, atque exhortum interpretes.

Idemque pergit,

Postquam prodigium horriferum, portentum pavos: quæ non
sunt in omnibus neutræ usitata. Nec enim dixerim
tam libentur, armis judicium: etiæ est apud eundem, Ni-
lantes ad te de judicio armis accidit? quam armorum. Jam
(6 ut censoria tabula loquantur) fabri, & precium, audere
dicere, non fabri, & præcorum. Planeque, auorum viro-
rum judicium, aut trium virorum capitalium, aut, 7 decem vi-

ronum luctu judicandi, dico numquam. Atqui dixit Accius,
Video sepulta, dua duorum corporum. Idemque, — Multa una
duum virum. Quid verum sit, intelligo: sed alias ita lo-
quor, ut concepsum est, ut hoc, vel Proh deum dico, vel, Proh
deorum: alias, ut necesse est, cum trius virum, non virorum;
cum seftertium monnum, non munnum: quod in his con-
suetudo varia non est. Quid, quod sic loqui, nesse, judicasse,
vetant: novisse, jubent, & judicavisse? quasi vero nesci-
mus, in hoc genere & plenum verbum recte dici. & immi-
nuntum usitate. Itaque utrumque Terentius, Ebo, in co-
num tuum non noras? — Post idem, Stiphonem, inquam, n vi-
ras? Sies, plenum est: fit, immunitum. licet utare utro-
que ergo ibidem, Quam cara sint, post carendo intelligent.
Quamq. attinendi magni dominatus sient. Nec vero repreheden-
dum.

— Scriptare alii rem, & scripterant, esse verius sentio: sed
conscutidini auribus indulgenti libenter obsequor.

Idem campus habet, — inquit Ennius: &c,

In templo isdem, — probavit at, eidem, erat verius: nec
tamen, eidem, optimus. male sonabat, ristam. IMPETRA-
TVM est à confertudine, ut peccata suavitatis causa licet:
& pomeridianæ quadrigæ, quam postmeridianæ, libentius
dixerint: & mehercule, quam mehercules. Non scire quidem:
barbarum jam videtur: nescire, dulcium. Ipsum, meridum,
cur non medidem? credo, quod erat infuavius. Una præ-
positio est, AB, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet,
ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata
est: Nam amovit dicimus, & abegit, & abstulit, ut iam ne-
scias, ab ne verum sit, an abi. Quid si etiam absfigit, turpe
vistum est; & abser noluerunt, aufer maluerunt? quæ præ-
positio præter hæc duo verba, nullo alio in verbo repeti-
tur. Nei erant, & nari, & nari, quibus cum IN preponi
oportet, dulcium vitum est, ignoti, ignavi, ignari dicere,
quam ut veritas postulabat. Ex usq. dicunt, & è republica,
quod in altero vocalis excipiebat, in altero effet alperitas,
nisi litteram sustulisses: 8 ut exegit, edixit, refecit, restitut, sel-
didit: adjuncti verbi primam litteram præpositio com-
mutavit, ut subegit, summativit, sustulit. Quid in verbis
junctis? quam scitè insipientem, non insipientem? iniquum,
non iniquum? tricipitem, non tricipitem? concisum, non con-
cisum? Ex quo quidam pertisit etiam volunt: quod ea-
dein consuetudo non probavit. Quid verò hoc elegantius,
quod non sit natura, sed quodam instituto? inctu dicitur
dicitur brevi prima littera, insanus producta. inhumanus brevi,
infelix longa, & ne multis, quibus in verbis ex prima lit-
teræ sunt, quæ in sapiente, atque felice, productæ dicuntur; in
ceteris omnibus, breviter. itemque compofuit, confuerit, con-
creput, confecit: consule veritatem, reprehendet: refer ad
aureis, probabunt, quare, cur? ita se dicent juvari. volu-
ptati autem aurum morigerari debet oratio. Quin ego
ipse, cum scirem ita majores locutus esse, ut nusquam,
nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pul-
cro, Cerego, riempio, Kartaginem dicerem: aliquando, idque
ferò, convicio aurum, cum extorta mihi veritas esset,
Usv M LOQVNDI populo concessi, scientiam mihi re-
servavi. Orcvios tameu. & Matones, Otones, Capiones, sepultra,
coronas, lacrymas dicimus, quia per aurum judicium semper
licet.

1. Sed quid ego recade? sine vocalibus, &c.] Hanc interpunctionem stabilit Victorius d. cap. 17.

2. Vai' argentei, palm' & crinibus.] Parum juvant libri scripti.
Lambinus tamen ansus repente, argentei' vate, passi' crinibus.

3. Bellum nemissaunt: 3. Bellum vult Paulus Merula ad Ennium, qui
concluuntur.

4. Taxillis.] Muretus maluit ē Glorieriano avissi, libro XII. Var.
lect. cap. 10. ut & mox pro passis reponendum autem abat paxillum,
Paxilæ membranaceos tamen nostros.

5. Caps, via recta sunt.] Ex Turnebus libro VIII. Adversar. cap. 3.
supplicator esse cap. 5. 7. addit tamen: At quanto verisimilis est
M. Teili, pateritum esse antiquum, pro cetera; ut apud te, libro
11. de legibus: Sacrum facere comendamus si quia clipes raspari per-

ricida sibi, &c.

6. Ut censoria tabula, &c.] Lectionem istam contra novatores eo-
rum retinet & defendit Turnebus d. cap. 3. qui aedatur; habent tamen
Pall, priores & Pith, accedit quam censoriam fabrum & precium, si censoria
tabula loquantur, audes, &c. posteriores, accidit, quam censoriam, ut cen-
sor, loq. fabrum, &c.

7. Decimvirorum leibum judicandi.] Idem Muretus affirmat in Gle-
rieriano extare sibi, antibus si verum est, revocandum erit, quamvis
exemplaria alia non accedant.

8. Us exegit, edixit, refecit, &c.] Malui heic, ut & in prioribus se-
quentibus representare scripturam paſsim receptam, quam conjectu-
ras mens obtinere cum Lambino; utique cum libri pleuarii parum
aut nihil juarent.

lacet. 1. *Burum semper Ennius, numquam Pyrrhum.* Vi
patescuerunt Bruges: non Phryges, ipsius antiqui declarant
libri, nec enim Graciam litteram adhibebant: nunc autem
etiam duas: & cum Phrygum, & cum Phrygibus dicendum
esset, absurdum erat aut tantum Barbaris casibus Gra-
cam litteram adhibere, aut recto calo solum Graecè loqui,
tamen & Phryges, & Pyrrhum aurium causa dicimus. Quin-
etiam, quod jam subructicum videtur, olim autem poli-
tius, eorum verborum, quorum cædeaverant postrema
dux litteræ, quæ sunt in optumus, postremam litteram de-
trahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat offendio in versibus, quam nunc fugiunt poëta novi. Ita enim
loquebatur.

Quæ est omnibus princeps, non, omnibus princeps, &
Vita illa digna, loquac, non, digna.

Quod si indocta confundotum est artifex suavitatis, quid
ab ipsa tandem arte, & doctrina postulari putamus? (16)
Hac dixi brevius, quām si hac de re una disputationem est
enim hic locus late patens, de natura, usque verborum:
longius autem, quām instituta ratio postulabat. Sed quia
rerum, verborumque judicium, prudentia est, vocum au-
tem, & numerorum, aures sunt judices: &, quōd illa ad
intelligentiam referuntur, hæc ad voluntatem: in illis ra-
tio invenit, in his sensus artem, aut enim negligenda no-
bis fuit voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars
eius concilianda reperienda. Dux sunt igitur, quæ per-
mulcent aureis, sonis & numeris. De numero mox, nunc de
sono quærimus. Verba (ut supra diximus) legenda sunt
potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëta, exquisita
ad sonum, sed sumta de medio. 2 *Qua pontus Helle-- super-*
rat modum. At, *Auratos aries Colchiorum, -- splendidis no-*
minibus illuminatis est versus: sed proximus inquinatus,
3 *in suavissima littera finitus, Frugifera, & ferta arva Asia*
tenet. Quare bonitate potius nostrorum verborum utamur,
quām splendore Gracorum, nisi forte sic loqui pœnitit,
Qua tempestate Paris Helenam. -- & quæ sequuntur. Immò
vero ista sequamur, alisperitemque fugiamus, *Habeo istam*
ego perterritoriam. -- Idemque, Versatilioras malitias. Nec
solum componentur verba ratione, sed etiam finiuntur,
quoniam id judicium esse alterum aurium diximus. Sed
finiuntur aut compositione ipsa, & quasi sua sponte, aut
quodam genere verborum, in quibus ipsa concinnitas in-
est: quæ fīce calus habent, in exitu similes, sive partibus pa-
ria redduntur, sive opponuntur contraria, sive natura nu-
merosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In hujus
concinnitatis confectione Gorgiam fuisse principem ac-
cepimus, quo de genere illa nostra sunt in Milioniana. *E S T*
ENIM, IUDICES, hac non scripta, sed nata lex: quam non
didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa ar-
ripuiimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed
facti: non instituti, sed imbuti sumus. Hac enim talia
sunt, ut, quia referuntur ad ea, ad quæ debent referri, intel-
ligamus non quæsumus esse numerum, sed secutum. Quod
fit item in contrariis referendis: ut illa sunt, quibus non
modo numero oratio, sed etiam versus efficitur.

Eam, quam nihil accusas, damnas. condannas diceret, qui ver-
sum effugere veller.

Bene quam meritam esse autumas, dico male mereri.
Id, quod scis, prodeß nihil: id, quod nescis, obest.

Versum efficit ipsa relatio contrariorum, id est in oratio-
ne numerosum, *Quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum*
obest. Semper hæc, quæ Graci à rījel & nominant, cū
contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium ne-
cessitate ipsa efficiunt, & eum sine industria. Hoc genere
antiqui, jam ante Isocratem delectabantur, & maximè Gor-
gias: cuius in oratione plurimque efficit numerum ipsa
concinitas. Nos etiam in hoc genere frequentes, ut illa
sunt in quanto accusutionis, *CONFERT HANC pacem*
cum illo bello: hujus prætoris adventum, cum illius impe-
ratoris victoria: hujus cohortem impuram, cum illius exer-
citu invicto: hujus libidines, cum illius continentia: ab
illo, qui cepit, conditas: ab hoc, qui constitutas accepit, ca-
ptas dicitis Syracusas. 4 Ergo & hi numeri sunt cogniti. (ii)
Genus illud tertium explicetur, quale sit, numerosa & apta
orationis, quod qui non sentiunt, quas aureis habeant, aut
quid in his hominis famile sit, nescio. Mea quidem & per-
fecto completoq; verborum ambitu gaudent, & curta senti-
unt, nec amant redundantia. Quid dico meas? concioneis
sæpe exclamare vidi, cùm aperte verba cecidissent, id enim ex-
spectant aures, ut verbis colligentur sententia. Non erat hoc
apud antiquos. Et quidem nihil aliud ferè non erat, nam
s & verba eligeant, & sententias graveis, & suaveis repe-
tiebant, sed eas aut vinciebant, aut explebant parum. Hoc
me ipsum delectat, inquit. Quid si antiquissima illa pi-
etua paucorum colorum, magis, quām hæc iam perfecta,
delectet? illa nobis sit, credo, repetenda: hæc scilicet re-
pudianda. Nominibus veterum gloriabantur. HABET au-
tem, ut in atibus auctoritatē lenestus, sic in exemplis
antiquitas: quæ quidem apud me ipsum valet plurimum.
nec ego id, quod deest antiquitati, flagito potius, quām lau-
do, quod est: præterim cum ea majora judicem, quæ sunt,
quām illa, quæ desunt. Plus est enim in verbis, & in sen-
tentia boni, quibus illi excellunt, quām in conclusione
sententiarum, quam non habent. Post inventa conclusio
est, qua credo uitiosi veteres illos fuisse, si jam nota, atque
ultrupata res esset: qua inventa, omnes uos magnos orato-
res videmus. Sed habet nomen invidiam, cūm in oratione
judiciali & forensi numerus Latinè, Gracè ποθεδις inesse
dicitur. Nimis enim insidiarum ad capiendas aureis adhi-
beri videatur, si etiam in dicendo numeri ab oratore qua-
runtur. Hoc freti isti & ipsi infraacta, & amputata loquuntur,
& eos vituperant, qui apta, & finita pronuntiant, &
in aninibus verbis, levibusque sententiis: jure, si probat res,
lecta verba: quid est & cur claudere, aut infistere oratio-
nem malint, quām cum sententia pariter excurrere. Hic
enim invidiosus numerus nihil asserti aliud, nisi ut sit aperte
verbis comprehensa sententia: quod fit etiam ab antiquis,
sed plerumque casu, sive natura: & quæ valde laudantur
apud illos, ea ferè, quia sunt conclusa, laudantur. Et ap-
pud Gracos quidem jam anni proprie quadrigenti sunt,
cūm hoc probatur, nos nuper agnovimus. Ergo Ennio li-
cuit, vetera contemnenti dicere:

Versibus, quos olim Fauni, ratiq; eanebant.

mihi de antiquis eodem modo non licebit, præsterrim cūma
dicturus non sum, Ante hanc -- ut ille: nec quæ sequun-
tur, Nos aut referare. -- legi enim, audiique nonnullos,
quorum propemodiū absolute concluderetur oratio. Quod
qui non possunt, non est eis satis non contumni, laudari

N

etiam

1. *Extrah semper Ennius, &c.]* Sic voluit scribi Petrus Victorinus li-
bro xiv. Var. lec. cap. 3, neque aliter legitur in Pal. prim. aut sec. non
purrum, ut vulgo.

2. *Qua pontus Helle superat modum, &c.]* Non dubium est, quin ad-
mittenda sit scriptura quam è Seneca eruit Lipsius noster: *Quis posse*
ab Helle, liberti tamen nostri faciunt pro vulgaritate monstra tamen pre-
ferunt verborum, in lequeoribus, quippe Palat. prim. ac secund. Qua
Penitus Helle superat modum ad arietis decursum, &c. quart. quint. sext.
Qua Penitus Helle superat Taurum ac Taurum, &c.

3. *In suavissima littera finitus.]* Sic Manutius, sic Lambinus; neque

aliter Pal. prim. aut sec. & Pith. at antiquiores edd. infinitus, quod
reformabat Gulielmus in i signis. Pall. tamen posteriores habent
hinc finis.

4. *Ergo & hi numeri sunt cogniti. Genus, &c.]* Sic fore Pall. omnes,
certè nulli agnoscunt illud retro vulgatum, cognitis etiis à Latinis.
Genus, quæ liquet esse à glossa.

5. *Si verba eligeant.]* Pal. pr. sec. Pith. effingebant, quod tam non
autem loqui.

6. *Cur claudere.]* Coactus sum sequi Palatinarum membrorum auctu-
chorum, quibus accinebat Pith. vulgata claudere.

1. Q. 2. 3.

etiam volunt. Ego autem illos ipsos laudo, idque meritum, quorum se isti imitatores esse dicunt, et si in eis aliquid defido: hos vero minime, qui nihil illorum, nisi *vitium*, sequuntur, cum a bonis absint longissime. Quod si aureis tam inhumanas, tamq; agrestes habent ne doctissimum quidem virorum eos movebit auctoritas? Omittit Isocratem, discipulosque ejus, Ephorum, & Naucratem: quamquam orationis facienda, & ornanda auctores locupletissimi, summique ipsi oratores, esse debent. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inventis, vel iudicandis actior. Aristoteles fuit? i quis porro Isocrati est adversarius impensis? Is igitur verum in oratione vetat esse, numerum jubet. Ejus auditor Theodectes, in primis, ut (*Aristoteles* sapientia significat) politus scriptor, atque artifex, hoc idem sentit, & præcipit. Theophrastus vero, iisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nihil omnino hac esse ab his precepta nesciunt. Quod si ita est, nec vero alter exigitum quia ipsi suis sensibus non moventur: nihilne eis inane videtur? nihil inconditum, nihil cursum, nihil claudicans, nihil redundans? In veritu quidem, a theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior, aut longior. Nec vero multiudo pedes novit, nec ullos numeros tenet: nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit: & tamen omnium longitudinum, & brevitatum in sonis, sicut acutarum, graviumque vocum, judicium ipsa *natura* in auribus nostris collocavit. Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius etiam explicemus, quam illi ipsi, qui & hoc, & alia nobis tradiderunt? An his contenti esse, quæ ab illis dicta sunt, possumus? Sed quid quo, velisne: cum litteris suis eruditissime scriptis, teid vel maximè velle perspicerim? Primum ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum ulys ipse explicet orationis apta, atque numerosa. Nam qui Isocratem maximè mirantur, hoc in ejus summis laudibus ferunt, quod verbi solitus numeros primus adjunxit. Cum enim videret, oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate: tum dicitur numeros fecutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum jucunditatis causa, tum ut *varietas* occurret satietati. Quod ab his vere quadam ex parte, non totum, dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate, confitendum est: sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus: cuius omnia nimis etiam extant scripta numerosa. Nam, (ut paulo ante dixi) paria paribus adjuncta, & similiiter definita, itemque contraria relata contraria, quæ sua sponte (etiam si id non agas) cadunt plerumque numerosa. Gorgias primus invenit: sed his est usus *intemperantius*. id autem est genus (ut ante dictum est) ex tribus partibus collocazioni alterum. Horum uterque Isocratem atate præcurrat: ut eos ille moderatione, non inventione viceat. Est enim, ut in transferendis, faciendisq; verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatio. Gorgias autem avidior est generis ejus, & his festivitatibus, (sic enim ipse censet) intollerabilius abutitur: quas Isocrates (cum tamen audiviset in Thessalia adolescentem senem jam Gorgiam) moderatus temperavit. Quinetiam se ipse tantum, quantum ætate procedebat, (propè enim centum confecit annos) relaxarat à nimia necessitate numerorum: quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem script, cum jam admodum esset senex: in quo dicit *sese minus* jam servire numeri, quam *solius* esset. ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat. Quoniam igitur habemus apta orationis eos principes, auctoresque, quos dicimus, & origo inventa est: causa queratur. quæ sic aperta est, ut mitter, veteres non

esse commotos, praesertim cum, ut sit, fortuito sepe aliquid conclusè, apte que dicerent: quod cum animos hominum, auresque pepulisset, ut intelligi possit, id, quod causas effudisset, cecidisse jucundè: notandum certe genus, atque ipsi libi imitandi fuerunt. Aures enim, vel animus autrum nuntius naturalem quandam in se continet vocum omnium mentionem. Itaque & longiora, & breviora judicat, & perfecta, ac moderata semper expectat. Mutila sentit quedam, & quasi decurta: quibus tanquam *debito* fraudetur, offenditur: productiora alia, & quasi immoderatius excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures: quod cum in plerisque, tum in hoc genere Ni M V M quod est, offendit vehementius, quam id, quod videtur parum. Ut igitur poëtica, & verius inventus est terminatio aurium, observatione prudentium, sic in oratione animadversum est, multo illud quidem serius, sed cædem natura admonente, esse quosdam certos curios, conclusionesq; verborum. (II) Quoniam igitur causam quoq; offendimus: naturam nunc, id enim erat tertium, si placet, explicemus: quæ disputatio non hujus instituti sermonis est, sed artis intimæ. Quæ enim potest, qui sit orationis numerus, & ubi sit positus, & natus ex quo: & is unusne sit, an duo, an plures, quaque ratione componatur, & ad quam rem, & quando, & quo loco, & quemadmodum adhibitus aliquid volupsum affert. Sed, ut in plerisque rebus, sic in hæc, duplex est considerandi via: quarum altera est longior, brevior altera, oadem etiam planior. Est autem longioris prima illa quæstio, sitne omnino illa *numerofa oratio*. Quibusdam enim non videtur: quia nihil insit in ea certi, ut in verbis: & quod ipsi, qui affirmant eos esse numeros, rationem, cur sint, non queant reddere. deinde, si sit numeros in oratione: quales sint, aut quales: & è poëticis numeris, an ex alio genere quodam: & si è poëticis, quis eorum sit, aut qui. namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur. deinde, quicumque sint, five unus, five plures; communenes sint omni generi orationis: quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi: an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur. Si communes, qui sint: si dispares, quid intersit, & cur non aquæ in oratione, atque in verso numerus appareat. Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam, vel genere verborum: an est suum cuiusque: ut numerus intervallis, compositione vocibus, genus ipsum verborum quasi quodam forma, & lumen orationis appareat: sitque omnium fons compositionis, ex aquæ & numerus efficiatur, & ea, quæ dicuntur orationis quasi forma, & lumina, quæ (ut dixi) Græci vocant *χρήσις*. At non est unum, nec idem, quod vox jucundum est, & quod moderatione absolutum, & quod illuminatum genere verborum: quamquam id quidem finitimum est numero, quia per se plerumque perfectum est: compositione autem ab utroque differt, quæ tota servit gravitati vocum, aut suavitati. Hæc igitur teneat, in quibus rei natura querenda sit. (III) Ergo in oratione numerum quendam, non est difficile cognoscere. Judicat enim sensus: in quo iniquum est, quod accidat, non cognoscere, si, cur id accidat, reperire nequeamus. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura, atque sensu, quem dimensa ratio, docuit, quid acciderit. ita notatio naturæ, & animadversio peperit artem. Sed in verbis res est aperi-
tor: quamquam etiam à modis quibusdam, cantu remoti, soluta esse videatur oratio, maximeque id in optimo quoque eorum poëtarum, qui *Λυεροί* à Græcis nominantur: quos cum cantu spoliaveris, nuda penè remanet oratio.

Quorum

1. Quis Isocrati est adversarius improbus? Conveavit istud magis quam hancenū vulgatum inferens, eduxi autem ē tenebris Pal. pr. ac sec. neque alter erat in libro Petri Petrar.

2. Theatra tota exclamant.] Lambinus arbitratur restituendum recte mansi, non puto necesse, libris non addicentibus.

L. 89

Quorum similia sunt quedam etiam apud nostros : velut illa in Thyeste,

Quoniam te esse dicam? i qui tarda in senectute :

& quæ sequuntur : quæ, nisi cum tibicen acceperit, orationi sunt soluta & simillima. At comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit : quo est ad inventendum difficultior in oratione numerus, quam in versibus. Omnino duo sunt, quæ condant orationem : verborum, numerorumque jucunditas. In verbis inest quasi materia quedam : in numero autem expeditio. Sed ut ceteris in rebus, *Necessitatis* inventa antiquiora sunt, quam voluptatis : ita & in hac re accidit, ut multis facilius ante oratio nuda, ac rudis ad folos animorum sensus exprimendos fuerit repetita, quam ratio numerorum, causa delectationis aurum excogitata. Itaque & Herodotus, & eadem, superiori, atque numero carbit, nisi quando temere, ac fortuito : & scriptores per veteres de numero nihil omnino, de oratione præcepta multa nobis reliquerunt. Nam *quod est* & facilius est, & magis necessarium, id semper ante cognoscitur. Itaque tralata, aut facta, aut juncta verba, facile sunt cognita, quia sumebantur è confuetudine, quotidianaque sermone. Numerus autem non domo deprimebatur, neque habebat aliquam necessitudinem, aut cognitionem cum oratione. Itaque serius aliquanto notatus, & cognitus, quasi quandam *palastram*, & extrema linea menta orationi atulit. Quod si & angusta quædam, atque concisa : & alia est collatata, & diffusa oratio: necesse est id non litterarum accidere natura, sed intervallorum longorum, & brevium varietate, quibus implicata, atq; permitta oratio, quoniam tum stabilis est, tum volubilis, necesse est ejusmodi natum tumeris contineri. Nam *circinus* ille, quem saepe jam diximus, incitator numero ipso fertur, & labitur, quoad perveniat ad finem, & insistat. Per spiculum est igitur, numeris adstrictam orationem esse debere, carere versibus. *(om)* sed hi numeri, poëticine sunt, ex alio genere quodam, deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poëicos, propterea quod definita sunt genera numerorum, nam omnis talis est, ut unus sit è tribus. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, 3 partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut *zeugalem* esse alteri parti, 4 aut altero tanto, aut seque esse maiorem, ita fit à quicunque daedalus, duplex jambus, scilicet pœon: qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis, quod efficitur, numerorum si necesse est. *(oo)* Sed quæritur, quæ numero, aut quibus potissimum sit utendum, incidere vero omnibus in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus sapere in oratione per imprudenter dicimus: quod vehementer est vitiosum: sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipos. Scenarios vero, & Hipponaecos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex jambis nostra constat oratio, sed tamen eos verius facile agnoscit auditor, sunt enim ultra statim. Inculcamus autem per imprudentiam sapere etiam minus usitatos, sed tamen versus, vitiosum genus & longa animi provisione fugiendum. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus. Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæstos, quo quid potest esse turpius? et si in eligendo fecit malitias, prima enim syllaba demta in primo verbo sententia, postrem ad verbum primam rufus syllabam adiunxit insequentis. Ita factus est anapæstus is, qui Aristophanus nominatur, quod ne accidat, observari nec potest, nec necesse est. Sed tamen hic corrector, in eo ipso loco, quo

reprehendit, (ut à me animadversum est studiose inquirenti in eum) immittit imprudens ipse senarium. Si rigitur hoc cognitum, in soluti etiam verbu inesse numeros, eosdemq; esse oratorios, qui sint poëtici. Sequitur ergo, ut, qui maximè cadant in orationem aptam numeri, videndum sit; sunt enim qui jambicum putent, quod sit orationi simillimus: qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeat in fabulis; quod ille daedalus numerus hexametrorum magniloquentis sit accommodator. Ephorus autem, levis ipsi orator, sed profectus ex optima disciplina, pœona sequitur, aut daedulum: fugit autem spondeum, & trochæum. Quod enim pœon habeat treis breves, daedulus autem duas, brevitatem, & celeritatem syllabarum labi putat verba proclivius: contraq; accidere in spondeo, & trochæo, quod alter longis confaret, alter è brevibus fieri: alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutrā temperatam. Sed & illi priores errant, & Ephorus in culpa est. nam & qui pœona prætereunt, non vident molliissimum à se numerum, cum deindeq; amplissimum præteriri. Quod longè Aristotelei videatur secus, qui judicat, herorum numerum grandiorē, quam desideret soluta oratio: jambum autem nimis è vulgari esse sermone. Ita neque humili, nec abjectam orationem, nec nimis altam, & exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse gravitatem, ut eos, qui audient, ad majorem admirationem possit traducere. Trochæum autem, qui est eodem spatio, quo chorus, *cordacem* appellat, quia contractio, & brevitas dignitatem non habeat. Ita pœona probat, eoque ait uti omnes, sed ipsos non sentire cum utantur: esse autem tertium, ac medium inter illos: sed ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis modis insit aut sesquipes, aut duplex, aut par. Itaque illi, de quibus ante dixi, tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis. Jambus enim, & daedulus in verbum cadunt maxime. Itaque ut verbum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio, nec quidquam *inimicus*, quam illa, versibus. Pœon autem minime est aptus ad verbum, quo libentius cum recipit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse *zeugalem* daedulo, quem probat, syllabis enim metiendo pedes, non intervallis, existimat: quod idem facit in trochæo, qui temporibus & intervallis est par jambus: sed èo vitiosius in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. Atque hæc quæ sunt apud Aristotelem, eadem à Theophrasto, Theodecte, que de pœone dicuntur. Ego autem sentio, omnibus in oratione esse quasi permisitos, & confusos pedes. nec enim effugere possimus animadversionem, si semper iisdem uterimur. quia neque numerosa esse, ut pœma; neque extra numerum, ut fermo vulgi est, debet oratio. Alterum nimis est vinculum, ut de industria factum appareat: alterum nimis dissolutum, ut pervagatum, ac vulgare videatur; ut ab altero non deletere, alterum oderis. Sit igitur ut lupa dixi, permista, & temperata numeris, nec dissoluta, nec tota numero, pœone maximè (quoniam optimus auctor ita censet) sed reliquis etiam numeris, quos ille præterit, temperata. *(pp)* Quos autem numeros, cum quibus, tanquam puparam, miseri oporteat, non dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint cuique accommodatissimi. Jambus enim frequentissimus est in iis, quæ demissio atque humili sermonis dicuntur. Pœon autem in amplioribus: in utroque daedulus, ita in varia, & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi, & temperandi. sic minimè animadver-
teretur

1. Qui tarda in senectute.] Sic quoque Pall. nostri, nisi quod unus, quis hoc pono, quod edic. Lambini perperam exhibeant, quid.

2. Numerus autem non domo deprimebatur.] Hanc scripturam revocavit ex Orsi cancris Victorius, cui ridicule Lambinus præponit suum addendum, Pall. & olim cuius præferunt, meda.

3. Partitur in tria.] Illud in tria, non compater in Pal. prim. ac sec. sed nec fuit in Pith. quod forte non est somerarium.

4. Aut altero tales, aut fisi qui est maiorum.] Porpendit locum hunc Badus lib. I. de Arte, cunctaque rectius legi possit. aut altero sicut ma-

tetur delectationis *aucupium*, & quadrata orationis industria: quæ latebit eo magis, si & verborum & sententiarum ponderibus utemur. Nam qui audiunt, hæc duo animadvertisunt, & jucunda sibi censem, verba dico, & sententias: eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fit git eos, & prætervolat numerus: qui tamen si abesset, illa ipsa delectarent. Nec verò nimis cursus est numerorum, orationis dico (nam est longè aliter in versibus) nihil ut fiat *extra modum*, nam id quidem esset poëma. sed omnis nec claudicans, nec quasi fluctuans, & æqualiter, constanterque ingrediens, numerosa habetur oratio. Atq; id in dicens numerosum putatur, non quod totum constat è numeris, sed quod ad numeros proxime accedit: quo eriam difficilis est oratione uti, quam verbis: quod illis certa quædam, & definita lex est, quam sequi sit necesse: in dicens autem nihil est propositum, nisi aut ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut flues sit oratio. Itaque non sunt in ea tanquam tibicini percussione modi, sed universa comprehensio, & species orationis, clausa, & terminata est: quod *voluptate aurium* judicatur. (49) Solet autem quæsi, rotone in ambitu verborum numeri tenendi sunt, an in primis partibus, atque in extremis. Plerique enim censem cadere tantum numerose oportere, terminariq; sententiam. Est autem, ut id maximè deceat, non id solum, ponendum est enim ille ambitus, non abiciendus. Quare cum aures extremum semper explicant, in coquæ acquiscent, id vacare numero non oportet: sed ad hanc exitum tamen à principio ferri debet verborum illa comprehensio, & tota à capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat. Id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa scripserint, & quacumque etiam sine scripto dicenter, similia scriptorum efficerent, non erit difficultum. Ante enim circumscribitur mente sententia, confessimque verba concurrunt: quæ mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo aliæ terminatione concluditur: atque omnia illa & prima, & media verba spectare debent ad ultimum. Interdum enim cursus est in oratione iniciator, interdum moderata ingressio: ut jam à principio videndum sit, quemadmodum velis venire ad extremum. nec in numeris magis, quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum facimus, quæ poëta, effugimus tamen in oratione poëmatis similitudinem. Est enim in utroque & materia, & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternæ autem sunt utriusque partes verborum: translatum, novum, priscum, nam de propriis nihil hoc loco dicimus. Collocationis autem, ex quas diximus, compositio, concinnitas, numerus, sed in utroque frequentiores sunt, & liberiores poëta. Nam & transferunt verba cum crebrius, tum etiam audacius: & priscis libertius utuntur, & liberius novis. quod idem sit in numeris: in quibus quasi necessitat patere coguntur. sed tamen hæc nec nimis esse diversa, neque ullo modo coniuncta intelligi licet. Ita sit, ut non item in oratione, ut in versu, numerus existat: idq; quod numerus in oratione dicitur, non semper numero fiat, sed nonnumquam, aut concinnitate, aut constructione verborum. (rr) Ita, si numerus orationis queritur qui sit: omnis est; sed alius alio melior, atque aptior. si locus: in omni parte verborum. si, unde ortus sit: ex aurum voluptate. si componendorum ratio: dicetur alio loco, quia pertinet ad unum, quæ pars quarta, & extrema nobis in dividendo fuit. si, ad quam rem adhibeat: ad delectationem. si, quando, semper. si, quo loco: in tota continuatione verborum. si, quæ res efficiat voluptatem: eadem, quæ in versibus, quo sum modum notatas, sed aures ipsæ tacito cum sensu sine

arte definiunt. (J) Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est accuratius disputandum. In quo quæsum est, in totone circuitu illo orationis, quem Græci *κύκλον*, nos tum *ambitum*, tum *circulum*, tum *comprehensionem*, aut *continuationem*, aut *circumscriptiōnē* dicimus: an in principiis solū, an in extremis, an in utraque parte numerus tenet. Deinde, quum aliud videatur esse numerus, aliud numerosum: quid interfit. Tum autem in omnibusne numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores: idque quando, aut cur, quibusque partibus: pluribusne, an singulis: imparibus, an æquibus: & quando aut istis, aut illis sit utendum: quæque inter se aptissimè colloccetur, & quomodo: an omnino nulla sit in eo genere distinctio: quodque ad rem maximè pertinet, qua ratione numerosa sit oratio. Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum: dicendumque, quantos circuitus facere deceat. Deq; eorum particulis, & tanquam incisionibus distingendum est, quærendumque, utrum una species, & longitudine sit earum, anne plures: &c, si plures, quo loco, aut quando, quoque genere uti oporteat. postremò totius generis *utilitas* explicanda est, qua quidem patet latius. non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur. Ac licet non ad singulas res respondentem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis fatis responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus unum selegitur, hoc, quod in caulis, foroque versatur, de quo dicemus. Ergo in aliis, id est, in historia, & in eo, quod appellamus *imperiorum*, placet omnia dici Ifocrate, Theopompeoq; more, illa circumscriptione, ambituque, ut tanquam in orbe inclusa curvat oratio, quoad infusat in singulis perfectis, absolutisq; sententiis. Itaq; postea quæcum est nata hæc vel circumscripicio, vel comprehensio, vel continuatio, vel ambitus, si ita licet dicere: nemo, qui aliquo es, sit in numero, scripti orationem generis ejus, quod effecta delectationem comparatum, remotumque à judicis, forensique certamine, quin redigeret omnes ferè in quadrum, numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur, ne composita orationis infidili sua fides atteratur, gratiam quoque habet oratori, voluptati aurum servient. Genus autem hoc orationis neque totum asumendum est ad caulis forensis, neque omnino repudiandum. Si enim semper urat, cum fatigatorem afferat, tum, quale sit, etiam ab imperio agnoscat. Detrahit præterea actionis dolorem, auferit humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem, & fidem. (rr) Sed, quoniam adhibenda nonnumquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quamdiu retinenda sit, tum quorū modis comutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatus, ut nos in accusationis secundo de Sicilia laude diximus, aut in senatu de consulatu meo; aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quam doloris, ut in quarto accusationis de Enneni Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Sapientiam in amplificanda re, consensu omnium funditum numero, & volubiliter oratio. Id nos fortasse non perfecimus, eonati quidem sapientissimè sumus: quod plurimis locis *perorationes* nostra voluisse nos, atque animo contendisse declarant. Id autem tum valet, cum is, qui audit, ab oratore jam obfessus est, ac tenetur. Non enim id agit, i ut insidietur & observet; sed jam favet, processumque vult, dicendique vim admirans, non inquirit quod reprehendat. Hæc autem forma retinenda non diu est, nec dico in peroratione, & quam ipse includit, sed in orationis reliquis partibus, nam cum si his locis usus, quibus ostendit licere, transferenda tota dictio est ad illa, quæ nescio cur, cum Græci *κύκλον*, & *κῶνα* nominent,

^{r.} Ut insidietur & observet. Laminus induxit, ut insidietur observet, tanquam elibris sensus, ac Palat. nostri prius recinet, & ha-

bet quo se defendat.

^{s.} Quæcumque includit. Gulielmias contetur legere, quæcumque includit, l. 105. l. 105.

nominent, nos non recte incisa, & membradicamus. Neque enim esse possunt, rebus agnotis, nota nomina: sed cum verba aut suavitatis, aut inopie causa transferre soleamus, in omnibus hoc sit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum, nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum, aut a simili mutari. (ii) Quo autem pacto deceat incisa, membratiue dici, jam videbimus: nunc, quorū modis mutantur comprehensions, conclusionesque, dicendum est. Fluit omnino numerus à primo tunc incertius, brevitatem pedum, tum proceritate tardius, cursum contentiones magis requirunt: expositiones rerum, tarditatem. 3 Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus unum est secuta Alia maximè, qui dichoreus vocatur, quam duo extremi chorei sunt, id est, è singulis longis, & brevibus. Explanandum est enim, quod ab aliis sicut de aliis nominantur *vocabula*. Dichoreus non est ille quidem sua sponte virtuosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam virtiosum, quam semper est idem. Cadit autem per se ille ipsi præclarè, quo etiam *sarteta* formanda est magis. Me stante C. Carbo, C. F. tribunus plebis in concione dixit his verbis, *O Marte Drufe, patrem appello*, hæc quidem duo binis pedibus incisim: dein membratiim, *Tu dicere solebas, sacram esse rem publicam*. Hæc item membra ternis, post ambitus, *Quicunque eam violaverint, ab omnibus esse ei peccata perficiuntur*, dichoreus, nihil enim ad rem, extrema illa, longa sit, an brevis, deinde, *Patris dictum sapienter meritus filii comprobavit*. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quæcio, nonne id numerus efficerit? verborum ordinem immuta, fasci, *Comprobavit filii temeritas: jam nihil erit, et si temeritas ex tribus brevibus & longa est: quem Aristoteles ut optimum probat, à quo dissentio*. At eadem verba, eadem sententia, animo istuc satis est, auribus non satis. Sed id crebris fieri non oportet. Primum enim numerus agnoscitur: deinde satiat: postea cognita facilitate continentur. Sed sunt clausule plures, quæ numerose, & jucundè cadant, nam & creticus, qui est è longa, & brevi, & longa, & ejus equalis pœn, qui spatio par est, syllaba longior: quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex, nam aut è longa, & tribus brevibus, qui numerus in primo viget, jacet in extremo: aut è toti dem brevibus, & longa, in quem optimè cadere censem veteres: ego non planè rejicio, sed alios antepono. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. eti, quod est è longis duabus, hebetior videtur, & tardior, habet tamen istabiles quedam, & non expertem dignitatis gradum: in incisionibus vero multo magis, & in membris. paucitatem enim pedum gravitatis sua tarditatem compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo. adjungo (quod minimum sit) proximum superiorem, sive etiam tertium. Ne ambus quidem, qui est è brevi & longa, aut par choreo, qui habet tres breves, sed spatius par, non syllabis: aut etiam dactylus, qui est è longa, & duabus brevibus, si est proximus a postrema, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus, aut spondeus. numquam enim intereat uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locutus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus, nihil enim intereat, dactylus sit extremus, an creticus: quia postrema syllaba, brevis, an longa sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam pœna qui dixit apiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum: quoniam nihil ad rem est, postrema quam lon-

ga sit. Jam pœnon, quod plures habeat syllabas, quam treis, numerus à quibusdam, non pes habetur. Et quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus apertissimus orationi vel orienti, vel media, putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aprior Creticus. Dochimus autem è quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc, *Anacostones*: quovis loco aptus est, dum semel ponatur, iteratus, aut continuatus, numerum apertrum, & nimis insigne facit. His igitur tot commutationibus, tamque variis si uterum: nec deprehendetur manifesto, quid a nobis de industria sit, & occurret satierari. (xx) Et quia non numero solùm numerosa oratio, sed & compositione fit, & genere, (quod ante dictum est,) concinnitatis: compositione potest intelligi, cum ita stræcte verba sunt, ut numerus non quæsus sit, sed ipse secutus esse videatur: ut apud Crassum, *NAM VIBLVBIDODOMINATVR, INNOCENTIAZ LEVE PRAESIDIUM EST*. Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperiæ orationis industria. Itaque si quæ veteres illi (Herodotus dico, & Thucydides, totamque eam atatem) apte numerosoque dixerunt; ea non numero qualito, sed verborum collocacione occiderunt. Formæ vero quædam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario. Nam cum aut par pari refert, aut contrarium contrario opponitur, aut, quæ similiter cadunt verba, verbi comparantur: quidquid ita concluditur, plerumque fit ut numerosè cadat, quo de genere cum exemplis suprà diximus, ut hæc quoque copia facultatem affiat, non semper *edem modo* desinendi. nec tamen hæc ita sunt arcta, & adstricta, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est similis numerorum, an planè è numeris confiteratio. alterum si sit, intolerabile vitium est: alterum nisi sit, dissipata, & inculta, & fluens est oratio. (xx) Sed quoniam non frequenter, verum etiam raro in veris causis, aut forensibus circumscriptis, numerosoque dicendum est: sequi videtur, ut videamus, quæ sint illa, quæ suprà dixi incita, quæ membra. Hæc enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus, & plena comprehensio è quatuor ferè partibus, quæ membra dicimus, ut & aureis implet, & ne brevior sit, quam satis sit, neque longior. quamquam utrumque nonnumquam, vel potius sive accedit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum, nec brevitas defraudat, nec arietis videatur, neve longitudine obviuissit. Sed habeo mediocritatis rationem, nec enim loquor de versu, & est liberior aliquanto oratio. E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar versus, quod sit, constat ferè plena comprehensio. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu conjungimus. 2 Sin membratim volumus dicere, insistamus: idque cum opus est, ab isto cursu invideo faciè nos, & sive disjungimus. Sed nihil tam debet esse numerosum, quam hoc, quod minime appetat, & valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassus, *Missis faciens patronos: ipsi prodeant*. Nisi intervallo dixisset, — ipsi prodeant, — sensibet profectò effugisse fenarium: omnino melius cadet, prodeant ipsi. Sed de genere nunc disputo. Cur clandestinis consiliis non oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Prima sunt illa duo, quæ *κρυπταὶ* Græci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, *κάθοι* illi, nos membrum. Sequitur non longa, ex duobus enim versibus, id est, membris, perfecta comprehensio est, & in spondeos cadit: & Crassus quidem sic pierumque dicebat: idque ipse genus dicendi maximè probo. Sed

N 3

quæ

1. Insistit autem ambitus, media pluribus.] Lambinus omnino pertinet, reponendum pedibus pluribus; oblitus præcessisse, nunc quod medius numerus comprehensio, &c. item dixisse Tullium supra cap. §8. sub finem: Iisque ait sicut in ea tangam tibi misci percepitum modi.

2. Sin membratim volumus dicere.] Illud Lamb. volumus, videtur exflare in Palauart reliqui tamen duo præferunt alterum: quod non video, cur toto celo autem adversari sententia Monstrosiens. illi.

L. 16

qua incisim, aut membratim efferuntur, ea vel aptissimè capere debent: ut est, apud me: *Domus tibi deversat?* at balibas, pecunia superabat? at ergas. Hæc incisè dicta sunt quatuor. At membratim, qua sequuntur, duo, *Incurvisti amens in columnas, & in alienos insanus insamphi.* Deinde omnia, tanquam crepidine quadam, comprehensione longiore sustentur, *Depressam, exbam, jacente domino pluri, quam te, & quam fortunas tuas affimasti.* dichoreo finitur. At dispendio proximum illud, nam in iis, quibus, ut fugiunculis, uiri oportet, brevitas facit ipsa liberiores pedes. Sape enim singulis utendum est, plerisque binis (& utrisque addi) pedis pars potest, non ferè termis amplius. Incisim autem, & membratim tractata oratio in veris caulis pluri-
mam valet, maximeque his locis, cum aut arguas, aut refellas: ut nostra in Corneliana secunda, *O calidos homines, ô rem excogitatum, ô ingenia metuenda!* Membratim adhuc: deinde exsim diximus. Rursus membratim, *Tetzes dare volumus.* Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior. *Quem, queso, nostrum fecellit, ita vos esse facturos?* Nec ullum genus est dicendi aut melius, aut fortius, binis, aut termis ferire verbis, nonnumquam singulis paulo aliis pluribus: inter quas variis claululis interponit se raro numeroosa comprehensio, quam perversè fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lyfiam vult, alterum pñne Demosthenem, faltat, incidens particulas. & is quidem non minus sententiis peccat: quam verbis: ut non querat, quem appelleat ineptum, qui illam cognoverit. Sed ego illa Crassi, & nostra posui, ut, qui vellet, auribus ipsiis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset judicaret. *Et, quoniam plura de numero oratione diximus, quam quinque antea nos, nunc de ejus generis utilitate dicemus.* Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minimè o-
minum ignoras) pulcre, & oratoriè dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissime dicere. Et nec sententia ultra est, quæ fructum oratori ferat, nisi aptè exposita, atque absolute: nec verborum lumen appetit, nisi diligenter collocatorum: & horum utrumque numerus illustrat. Numerus autem (sepe enim hoc testandum est) non modo non poëticè junctus, verum etiam fugiens illum, eiq; omnium dissimilissimum: non quin idem sint numeri non modo oratorum, & poëtarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quæ metuens auribus possimus: sed ordo pedum facit, ut id, quod prouuntur, aut orationis, aut poëmatis simile videatur. Hanc igitur sive compositionem, sive perfectionem, sive numerum vocari placet, & adhibere necesse est: si ornata velis dicere, non solùm, (quod ait Aristoteles & Theophrastus) ne infinitè fe-
zatur, ut flumen, oratio, que non aut spiritu prouuntiantis, aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere: verum etiam quid multo majorem habent apta vim, quam soluta. Ut enim *athletas*, nec multo secus gladiatores vide-
mus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehemen-
ter, in quo non motus hic habeat palpitram quandam, ut quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad ad-
spectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta: nec satis rectè declinat impetu, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit: Itaque, qualis eorum motus, quos ἄπολετοι Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias: tantumq; absit, ne, quod ii, qui hoc aut mag-
itorum inopia, aut ingenii tarditate, aut laboris fuga non

funt asscuti, solent dicere, *enervatur oratio compositione verborum*, ut aliter in ea nec impetus ulius, nec vis esse possit. Sed magnam exercitationem res flagitat, nequid eorum, qui genus hoc fecuti non tenierunt, simile faciamus; & ne aut verba trajiciamus aperi: quo inelius aut cadat, aut volvatur oratio. quod se L. Cælius Antipater in proœcio belli Punici, nisi necessario, factusum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celat: sapientem, qui serviendum necessitati putet! Sed hic omnino ruditus. Nobis autem in scribendo, atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur: nihil est enim necesse: & si quid esset, id necesse tamen non erat conficeri. Et hic quidem, qui hanc à Lælio, ad quem scripti, cui se purgat, veniam petit, & utitur ea træctione verborum, & nihil tam apertius explet, concluditque sententias. Apud alios autem, & Asiaticos maximè, numero servientes, iuclata reprias inania quadam verba, quasi complementa numerorum. Sunt etiam qui illo yictio, quod ab Hegesia maximè fluxit, infringendis, concidensque numeris in quoddam genus abjectum incident Siculorum similissimum. Tertium est, in quo fuerunt fratres illi, Asiaticorum rhetorum principes, Hierocles, & Meneclæs, minimè mea sententia contemnendi. Etsi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regulâ absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate, vel copia: sed apud eos varietas non erat, quod omnia ferè concludebant uno modo: quæ vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traiçiat, ut id de industria factum intelligatur, neque inficiens verba, quasi rimas explet, nec minutos numeros sequens, concidat, delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper veretur genere numerorum; is omnia ferè vitia vitaverit, nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicue vitia contraria. Quantum autem sit a præ dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvat, permutatione verborum, corruptur enim tota res, ut & hæ nostra in Corneliana, & deinceps omnia, *Neg, me divisa movent, quibus omnes Africanos, & Lælios 3 multi venalitati, mercatoresque superarunt.* Immuta paullum, ut sit, multi superarunt mercatores, venalitati: perierit tota res: Et quæ sequuntur, *Neque vesti, aut calatum aurum, & argentum, quo nostros veteres Marcellos, Maximosque multi eunuchi è Syria & Egypto que vicerunt.* Verba permuta sic, ut sit, *Vicerunt eunuchi è Syria, & Egypto: Adde tertium, Neque vero ornamenta illa villarum, quibus Paulum, & L. Mummiū, qui rebus his urbem, Italianaque omnem refererunt, ab aliquo video per facile Dæliaco, aut Syro potuisse superari:* Fac ita, potuisse superari ab aliquo Syro, aus Dæliaco: videsne, ut ordine verborum paullum commutato, iisdem verbis, scilicet sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint exaptis dissoluta? aut si aliecius inconditi atripiis dissipata aliquam sententiam, eamq; ordiné verborum paullum commutato, in quadrum redigas, efficiatur apum illud, quod fuerit antea dissoluens, ac solutum. Ager, sume de Gracchi apud censores illud, *A B E S S E N O P O T E S T, Q V I N E I Y S D E M H O M I N I S S I T,* PROBOS IMPROBARF, QVI IMPROBOS PROBET. Quantè aptius, si ita distinet, quia ejusdem hominis sit, qui improbos probat, probat, improbarare? Hoc modo dicere nemo umquam noluit: nemobi potius, qui in cixerit. Qui autem aliter dixerunt, hoc a sic qui non potuerunt: ita facta sunt repente Attici, quasi vero Trallianus fuerit Demophenes: cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. Sed si quos

^{1.} In alieno insane insanis.] P. Victorius ingenue fatur, non vi-
dere sequem locum hec habeat secunda harum dictionum. videatur
ipse libro XVIII. Var. loci. cap. 9.

^{2.} Non ut verba usus invenimus apteras.] Gulielmus putabat aptius, non
ut verba trajiciamus apteras.

^{3.} Multe venalitati mercatores.] Patricius & Lambinus reponendum
putant venalitatis, sed alterum refutat in Pall. quinque & Pittceano;
et utrumpque idem aliciis scriptoribus pro empiricis venalibus
ut exemplis palam facit Briffonius libro xix. de verborum significati-
one.